



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

De Inventione, Et Locis. Liber Qvartvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)



DE INVENTIONE, ET LOCIS.

LIBER QUARTVS.

DE SCRIBENDA ORATIONE,

De cognitione quæstionis, & de prolixitate
fugienda.

CAPVT PRIMVM.



Ascentis veluti Eloquentiæ
cunabula sunt à nobis supe-
rioribus libris diffusius expo-
sita, hoc & cæteris consequen-
tibus, lubet eloquentiæ mem-
bra conformare, & oratio-
nem ab ipsis excitare funda-
mentis.

*Ad orationē
omnia præ-
cepta Rho-
torum spe-
ctans.*

Oratoris opus, in quo omnis ars eius, atque
industria desudat, est Oratio, non illa quidem
locutio communis sed Oratoris chactere si-
gnata, cuius ambitu. si vniuersa Rhetoricæ
præcepta complexus fuero, facturum me ope-
ræ pretium ad artis perspicuitatem arbitror.
Omnia igitur, quæ posthac tradentur, ad hunc
scopum collineabunt, & sub vna oratione laxè
satis inter suos limites excurrere huius disser-
tationis tractus, omnem vim oratoriam, fa-
cultatemque complectetur.

In oratione scribenda, primum accuratam
habere oportet quæstionis tractandæ cog-
nitionem, ex eo enim deriuari omnem vim, &
efficacitatem sermonis oportet. Quia in re ex-
ratus à multis in limine, & id quidem multi-
farium. Alij enim nihil pensi habentes, quid
proposita quæstio ferat, videntur Andabata-

rum more clausis, vt aiunt, oculis pugnare, &
de re dicentes, nihil minus quam rem attinge-
re; ex quo minimè mirum est, si omnium sen-
sibus talis repudietur oratio. His profectò
illud poetæ inculcandum est:

*Est aliquid, quò tenâ, & in quod dirigu ar-
cum:*

*An passim insequeris coruos, testaque, luto-
que?*

Alij propositum quidem orationis scopum
vident, sed cum iudicij imbecillitate non satis
res distinguere, atque discriminare valeant, in
varias ineptias incidunt, & cum destinata ad
dicendum materia, res varias, easque discrepâ-
tes commiscunt, ex quibus orationem in im-
medicum tumorem crescere, ac confundi ne-
cesse est.

Alij cum metam ob oculos perspiciant, desi-
derio tamen dicendi gestientes, longos amant
circuitus, res citant ab ovo, vsque ad mala, digres-
siones etiam faciunt, & frigidam transitionem,
quibus miseræ aures enecant: & si aduersas,
inuenies eos tum primum de re incipientes di-
cere, cum oportuerit desisse. Hoc partim ac-
cidit adolescentibus, qui, vt fert rerum sple-
didarum nouitas, tantam capiunt in dicendo
volup-

*Prolixitate
vitanda.*

DE INVENTIONE.

Nutrix inventionis, eruditio, & an eruditæ debeant esse orationes.

CAPVT II.

PRImus fons inuentionis est eruditio varia, ex qua omnem eloquentiam crescere, fo-

Varia eru- ditio nutrit eloquentia.

Plutar in Iside, & Osiride.

Quintii. l. 3. c. 10.

Cic. l. 1. de oratore.

Omnes in- genia artis necessaria eloquenti-

An doctæ orationes esse debeant.

voluptatem, vt quiescere nullo modo possunt, putantq; se ipsam auribus audiri ab omnibus, quo feruoris impetu dicant: Partim etiã cõtingit doctis, sed confusis plerumq; & morosis hominibus, qui nunquam sibi satisfaciunt, nisi quicquid mente conceperint, id totum in turbæ circumstantis aures effuderint.

Hoc egiu tribuit Seneca Cassio Seneca, l. 3. contr. in prof.

Magnum proculdubio vitium, & haud scio an vllum sit in oratore, quod magis auditorum animos deterreat: Paucos admodu inuenias, de quibus illud dicatur, Timebant ne desineret, et si illi prima, aut altera concione, vbi nouitas auditorum mentibus quodammodo lenocinatur, placuerint, tamen si pergant, sicut onerosi: aded etiam speciosi sermonis immodica prolixitas fastidijs adhzret.

Sed ed imprudentiores sunt, qui siue in pœsi, siue in orationibus, siue in concionibus, cũ trita, communia, & frigida penè dicat omnia, hanc tamen verborum luxuriam profundunt, nec bene monentibus obtemperant, modò dicendi titillans quoddam desiderium expleant. O graue cacothetis. & apud occupatas aures odiosum! Audiant tandem illud D. Gregorij Nazianzeni dictum, Κενυθ πάλον προς τους κη Adige equum ad metam Argumentum sequere, ad rem veni, quorsam tot loci communes? quo spectant tot pareta? quo tot historiz? tot testimonia: Verum hæc pulchra sunt. Esto, sed non erat hic locus. scis simularum cupressum. Peribit igitur mihi labor irritus? Ita ne auditorum aures pereant. Sed speciosum est ad doctrinam multa dicere. Erras. nunquam illud Callimachi legisti, magnum liber, magnum malum: nunquam Demosthenis illam vocem auream audisti, οὐ το μέγα εἶ. ἀλλ' αὐ τοῦ μέγα. Non quod magnum est, bene est: sed quod bene est, magnum est.

Sapient in libro memoratur Persius vno, Quam leuis in tota Marsus Amazonide.

Magna prudentia est manum de tabula oportune, & loco deponere.

Ne igitur haud leuis trahatur error ex limite, serio considerandum est, initio quid veniat in discepationem, quid sit attributum, quale subiectum: an sit infinita quaestio, an finita, an simplex, an comparata, cuius generis sit, & status, an finitionis an qualitatis, an coniectura? Quæ omnia, vbi perspecta fuerint, & sensu, intelligentiaque distincta, tum demum in destinatũ scopum omnia argumenta erunt dirigenda, ac primum ab inuentione incipiendum.

Επιφύλλιδες ταῦτ' ἐστὶ, καὶ σωμύματα: quid aliud erit, quàm loquẽtia puerilis? quam arbor foliorum luxurie vestita, sed fructus expers; quàm arena (vt aiebat ille) sine calce. Bene igitur oratori futuro, necessariam esse multarum artium scientiam iudicat Fabius Quintilianus.

Bene M. Tullius (sic sentio neminem in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus ijs artibus, quæ sunt libero dignè perpolitus, quibus ipsis, si in dicendo nõ vtitur, tamen apparet, atque extat, vtrum simus earum rudes, an didicerimus. Vt qui pila ludunt, non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio palestra: sed indicat ipse motus, didicerintne palastram, an nesciant: & qui aliquid fingunt, etsi tum pictura non vtuntur, tamen vtrum sciant pingere, an nesciant, non obscurum est: sic in orationibus hisce ipsis iudiciorum, concionum, Senatus, etiam si propria cetera non adhibentur artes, tamen facilè declaratur, vtrum is qui dicat, tantummodo in hoc declamatorio sit opere iactatus, an ad dicendum omnibus ingenis artibus accesserit.) Qui locus sane eximius est ad dissoluendam controuersiam, quam nunc agitari inter multos video: vtrum d. Clam esset oporteat orationem: de quo varias, & discrepantes audiuimus sententias.

Alij, quasi eruditioni liberaliori bellum indixerint, toti sunt in structura, & compositione verborum: ex quo illud equidem assequuntur, vt comptè, & fluidè dicant, rerum autem succum, & opulentiam nullam habeant: idque certis tuentur addicti rationibus, quod eruditio, & eloquentiæ facultates sint inter se distinctæ.

in orationibus vero eloquentiam, no doctrinam profiteantur: neque summorum oratorum, vt Demosthenis, & Ciceronis orationes, hoc inanis doctrinae fuso, (vt appellant) sint ornatae.

Alij doctum rati esse Oratorem oportere: historijs, & testimonijs orationes sine vilo discrimine referunt, & in dictione inertes, hoc vnum curant, vt variam doctrinae suppellectilem explicent. Qui profecto videntur omnes a vera, germanaque oratoriae facultatis ratione aberrare. Nam, qui omnem doctrinam fugiunt, licet orationis structura, & omni verborum expositione sint excellētes, necesse est eum magno auditorum tædio audiri, & ab optimi oratoris maiestate longius abesse: Qui vero solis antiquarijs rebus, eruditioni, variaeque doctrinae inhiant, spiritus elidunt eloquentiae. Adhibenda est in eo, sicut in cæteris rebus temperies, & quid res, quid locus, quid aures, aut patiantur, aut expectent, considerandū est.

Temporis eruditionis

Quartū dicendum est in concione, in iudicijs, in senatu, de re civili, & negotiosa: cum Hannibal est ad portas, cum de fœdere Pyrrhi agitur, cum squallet reus: Putidum est hic ad doctrinae ostentationem in parengis ludere, & necessaria negligere: penè vitium est eruditionem profiteri: itaque, & prudentes oratores, etiam si doctrinam adhibeant, non nunquam tamen ea dexteritate faciunt, vt illud, quod dicunt, sponte sua insinere non quæsitum esse videatur, tot condimentis deinde leniunt, atque aspergunt, vt popularibus etiam auribus reddant familiare. M. Tullius in Miloniana, amplissimam illam, & grauisimam de prouidentia diuina disputationem attingit eo loco, quem alio in libro commemorati. Non affectu hic diuersas Philosophorum de eate sententias, abstrusasque rationes, & argutias, sed rom dumtaxat proponit, & graui similitudine illustrat, cauet autem pluribus disquirere, ne forū in academiam videatur commutare. Pro Murena vero Stoicæ sectæ capita perstringit, & exagitat: sed qua industria? qua vrbantitate? Ita planè hæc tractat, vt videatur non ignorare, imo plenissime scire, sed ratione fori, & iudicij plurā consules minimè dicere. Is est igitur in istius generis orationibus doctrinae modus.

Quomodo in epidiatio genere.

At verò, si extra fori, & iudicij negotiosa, aut certè reatus, & squaloris subfœlia, habēda sit oratio, in qua eruditio expectatur, speratur delectatio, & non modo fructus ani-

morum, sed etiam suauitas elocutionis requiritur, quales sunt, quæ olim magni nominis Sophistis habebantur, & nunc etiam in scholis Rhetorum haberi possunt. Quis non videret hic adhibendam esse eruditionis luculentam vbertatem: cum verbis tantum, grauium personarum aures non pascantur, sed magnis rebus innutiantur? Qui Demosthenis, & Ciceronis orationes, ad hanc sententiam peiimendam afferunt, plumbeo gladio tam iugulare conantur, nulloque rationis fundamento impugnant, vel Ciceronis ipsius iudicio, qui hæc orationum genera, quæ illi confundunt, explicatissime distinxit. Neque verò, cum eruditio nem adhibendam dico, eos imitari velim, qui scholia, & farragines orationum loco scribunt. Volo eruditas rationes, ex omni scientia petitas, volo historias, & effata, & leg. s. & similitudines, sed ea lege, vt istis illustretur, non tota oblinatur oratio, vt hæc digerantur, non inferantur, vt ordine, vt loco disponantur, vt figuris dictionum vestiantur, vt omnium florum varietate, vt affectibus, vt copiosa suauitate respergantur.

Cicero in orat. epidiaticis orationes apte, & palam omni varietate expoliti ostendit.

Primus fons inuentionis historia.

C A P V T III.

Occurrit primū historia, quæ ad orationem alendam, & firmis veluti adminiculis sustentandam plurimum valet. Nec is a vero aberrat, qui eam veluti eloquentie horreum quoddam nominat. Est eius certè vis admirabilis, ex qua efficitur, (quod ait D. Gregorius Nazianzeus) vt vnus hominis mens, ex omnium mentium, & sæculorum perfectione, in vnum sapientiae aceruum coalescere videatur. Quid diuinius, quam omnia nosse, quam distinctissimas regiones velocissimi sideris more iustrare? quam omnium ætatum memoria, res gestas, facta, exempla perconsere, quam imperiorum status, ortus, progressus, vicissitudines, decus, exitus vno mentis aspectu contemplari? Quid illustrius, quam regendi, militandi que disciplinam, clarissimarum virtutum effigies, in vnam veluti tabulam congestas inspicere, præterita cum presentibus comparare, alieno damno sapere, salutaria inde præcepta ad omnem vitæ culturam decerpere.

D. Greg. Naz. in oratione ad Nibululum.

Aeschyl. Epist. i. 111.

Ἡς τα κεννα βλασανε βαλεματα,

Ne c

Diod. Sic. Nec immerito eam communem humani
 11. generis *ἰστορίαν* nominat Diodorus. Quan-
 Polyb. 1.1. tum ad res civiles conferat, dicitur Polybius &
 Arist. Rhe. Antiochus, qui eam *ἰστορίαν πολιτικάντων*
 1.1. 5. 4. 6. 7. *καὶ ἡγεμονικῆς* nominat. De ejus in-
 eloquentiam fructu suavitissimè redundante,
 testimonium proferet Quintilianus, qui ora-
 torem in historijs apprimè vicitum desiderat
 his verbis; *Imprimè verò abundare debet orator*
*exemplorum copia, cum veterum, tum etiam nouo-
 rum: ad id ut, non ea modo, qua conscripta sunt hi-
 storij, aut sermonibus, veluti per manus tradita,
 quaeque quoties recitantur, debent esse, verum ne ea*
quidem qua à clarioribus poetis facta sunt negligere.

Historia de
 fontibus re-
 perenda.

Quod verò ad historiarum lectionem attinet,
 de eius methodo libellum conscripsit Posse-
 uinus noster, in quo de historicis variarum
 gentium tractat, & quo ordine legendi sunt,
 quidve in ijs, aut cauendum, aut laudandum,
 ac iudicio subijciat. Euoluenda igitur ijs, qui
 ferè volūt in hac re sapere, omnis antiquitas,
 & cum nostris temporibus comparanda, & il-
 lustrata quæque exempla ad manum semper
 habenda sunt, quibus, & delectare, & permo-
 uere possint. Fuit illud magnis oratoribus in
 more positum, vt sibi locos historicarum com-
 munes privata labore texerent, quibus ad di-
 cendum, pro rerum, & temporum oportunitate
 vtentur. Nobis nostra sæcula, vt abundan-
 tiam rerum, sic historiarum copiam con-
 gesserunt, quas in ordinem, & certa rerum ca-
 pita tam multi varijs idiomatibus digesserunt,
 vt colligendi pendè superuacaneus labor videat-
 ur. Itaque qui compendiosam ad hanc exem-
 plorum copiam affectant viam, historiarum
 collectanea sumunt in manus, è quibus nullo
 labore decerunt, quæ apud varios historicos
 longe, lateque diffusa sunt.

Hæc quidem via breuior est, non tamen se-
 curior: quam sæpè enim, qui istos riuulos cõ-
 sectantur, multa ab auctorum sensu detorta,
 truncata, debilia, mala fide aucta, falsa etiam
 plerumque, & inepta, pro præsentis pecunia
 accipiunt. Quam sæpè in prodendis auctori-
 bus, quos isti vel virtuosè citant, vel primis api-
 cibus delineant, in scitiam suam prodere co-
 guntur, vt qui nuper D. Augustinum pro D.
 Augusto Imperatore afferebat.

Quid, quod ordinem temporum, historico-
 rum ætatem, religionem, & mores, cum nullatenus
 nouerint, in periculosissima plerumque
 testimonia incidunt. Hoc experiuntur, qui

grande illud volumen, *Theatrum vite humana*
 legunt, & sine delectu exspoliant. Mitto, quod
 grauiori censura sit notatum, de cetero si spe-
 ctetur, Ægyptus est Homericæ, multa habet
 bona, & mala, studio enim congesendi omnia
 coagmentauit, cetera incertis, vera falsis, rara
 mixta communibus. Delectu opus habet, &
 iudicio, liber alioqui ob immensam historia-
 rum segetem commendandus.

Neque verò satis historias legere, & colligere,
 sed in iisdem vsus potissimum spectan-
 dus est. Alij sine arte, & iudicio historias hi-
 storij, exempla exemplis agglutinant, & tunc
 se valde eruditos putant, cum Amanuensium
 opus in describendo Sylogista fecerint: Alij
 ad rem, & extra rem dicunt, & modò quid
 speciosum habeant, quasi gladium Delphi-
 cum ad omnem vsum vertunt: Alij veritas, &
 communes historias, à capite ad calcem ci-
 tant, Xerxes, Alexandros, Romulos, Fabios
 semper habent in ore, de suis temporibus nihil
 dicunt: ista quidem vitia sunt in recensendis
 historijs fugienda, deinde hoc obseruandum
 est:

vsu histo-
 riarum in
 oratione.

Primum, vt quod affertur, appositè & loco
 dicatur, non vt intrudi, sed influere videatur.
 Quantumcunque enim splendoris habeat, quod
 ex historia recensetur, si violentè sit accer-
 tum, de opinione iudicij multum detrahit.

Deinde, vt quod narratur ex probato au-
 thore sit desumptum, quò plus habeat ad per-
 suadendum auctoritatis. Hoc multi negligunt,
 delectationi aurium, & inani doctrinæ opi-
 nioni seruietes, qui, vt cornicum oculos cõ-
 fixisse, & plus alijs vidisse existimantur, de suo
 adtexunt per multa, quò rem admirabiliorem
 faciant. Talis agendi ratio à simplicitate veri-
 tatis, quæ & in rebus minimis obseruanda est,
 nec non grauium virorum auribus abhorret,
 qui nouit sibi falsa pro veris venditari: tum
 qui hanc rationem tenent, plurimum sibi de
 doctrinæ, & grauitatis æstimatione derogare
 solent.

Tertium, si nota sunt, & communia, quæ
 narrantur, non diffusè explananda, sed multa
 per congeriem simul copulanda sunt, & cum
 celeritate orationis vibranda, vt facit

C I C E R O.

Hac Maiores nostri primùm vniuersam I-
 talias deuicerunt: deinde Carthaginem exci-
 derunt, Numantiam euertetunt, potentissimos
 reges,

Philipp. 4.

Sen. contr. l. 1.

Quomodo ornanda historia.

reges, bellicosissimas nationes in ditione huius Imperij redegerunt. (Itē) Quis fuit Marius, si illum in suis insperemus maioribus humilis. In tot consularibus nihil habet clarius quā se auctorem Pompeium, si hereditaria extulissent imagines, nemo magnum duxisset, &c. Quartum, ornanda figuris sententia, & varianda qua narrantur: si quid graue est & ad utilitatem spectans, hoc cum sustentatione effendum.

DEMOSTHENES.

Philipp. 2. Demosth. in re graui narranda sustinensio, & apparatus.

Εγὼ δηλώσω, οὐ λόγους ἐμαυτῷ λέγων, ἀλλὰ ῥητάματα τῶν προσηνῶν τῶν ἡμετέρων δεκνύων: ἀ ἐκείνοι χετέδοντο εἰς τήλην χαλκῆν ῥητάματα, εἰς ἀκρόπολιν, οὐχ ἵνα αὐτῷ ἡ χηρῆσιμα (ἢ ῥητορικῶν) ἀνευ τούτων τῶν ῥημάτων τὰ δέοντα ἐφρονοῦν, ἀλλ' ἵνα ὁμοίως ἐχητε ὑποδείγματα, ἢ παραδείγματα ὡς ὑπὲρ τούτων αὐτῶν ἀξίον προσήκει. τί οὖν λέγει τὰ ῥητάματα;

Ego declarabo, non mea uerba profrendo, sed scriptum maiorum nostrorum ostendendo, quod illi in arcam columnam incisum in arce collocarunt: nō ut ipsi usui esset; (nam sine illo scripto sacra orant prudentes); sed ut uos monumenta & exempla haberetis, quanta res huiusmodi sollicitudine sunt curanda. Quid igitur dicunt ista?

Post hunc apparatus narrat historiam, narratam expendit per ἀξίον. Hic modus optimus est, & ad inculcandum aptissimus, sed in re graui duntaxat usurpandus. Familiare est in istis epiphonema, & in comparandis narrationibus antithesis.

Secundus fons Inventionis, Apologi, & Parabola

CAPVT IV.

Poeta oratoribus utilis.

Poetarum est ad variam eruditionem lectio perutilis, & quibus & decor in personis, & spiritus in uerbis, & in affectibus magnæ per motiones hauriuntur.

Nunquam Cicero ad eam dicendi gloriam effloruisset, nisi à puero poetarum lectioni additus fuisset: Vel maxime Græci quotquot fuerunt oratores, ex Homero hauerunt plurimum, apud quem tanto artificio plerumque orationes sunt expressæ, ut non nasci videatur in Homero Græcorum eloquentia, sed iam

perfectioris culmen attingisse.

Verum istis omisis quæ plurimum habent ponderis, fabulæ ipsæ ex poetis ab oratoribus assumuntur nonnunquam, & varijs sensibus accommodatæ, multum affundunt iuauitatis. Quanquam in prophanis orationibus hæc liberius, in sacris nunquam, in grauioribus concionibus raro admisceri uelim.

Plus habent festiuitatis, & grauioribus etiam personas apud populum orantes magis decent fabulæ, quæ uocantur Æsopica. Ducere animos solent (inquit Fabius) præcipue rusticorum & imperitorum, qui & simplicijs, quæ ficta sunt, audiunt, & capti uoluptate, facile ijs quibus delectantur, consentiunt. Itaque non immerito apud Philostratum, ποιεῖται ἐν αὐτῷ παρα τῷ Αἰσάπῳ, ἀγαπῶντες αὐτὸν ὅτι αὐτῶν ὁμιλεῖται.

Video graues viros his narrationibus delectatos, blandè permouisse. Plato fabulosus est supra modum. Demosthenes alioqui rigidus & austerus eas oportune adhibuit: Tectus est illa, quam, cum ab Atheniensibus oscitantibus audiretur, magna festiuitate narrauit. Athenienses, (inquit.) sub ætatis tempore adolescens asinum Athenis Megaram conduxerat, cumq; flagrante iam meridie calor corpisset esse uehementior, sub asini uentre se coniecit, ut ymbra captaret: At uerò asinarius seridò hominem proturbare, asserens se asinum, nō ymbra asini locasse: Hinc rixæ, & lites. Diogenianus hoc habet in prouerbio, ὄνον σκία ἐμὸν ὄνειδος αὐτῶν οὐχ ἰσχυρὰ: Demosthenis tamen nusquam meminit, sed Plutarchus eidē expressis uerbis tribuit. Menenius Agrippa, per apologum Corporis humani, plebem Romanam, quæ in Auentinum montem secesserat, ad Patrum auctoritatem concordiamque reuocauit. Sed & authores sacri huiusmodi fabulis plerumque, cum maxima suauitate usi sunt. D. Gregorius Nazianzenus Celusium præsidem fabella de cygnis & hirundinibus composita oblectauit, & ad uanæ gloriæ fugā erudijt.

(Hirundines quondam cygnos cauillis incessabant, propterea quod nec eū hominibus consuetudinem habere, nec canendi artem in publicum proferre uellent, sed circa prata solum, & flumina cauerent, ac solitudinem amplecterentur, perinde atque eos Musica suppuderet. At nostræ (inquirebant) sunt uibes, nostri homines & thaliam, atque apud

Fab. l. 5. c. 11.

Philost. in iconibus.

Philosophi, & oratores fabulis usi.

Diogenianus & enarr. 7. adag. 1.

Authores sacri, Greg. Nazianz. ad Celusium præsidem.

apud homines garrimus, resque nostras illis exponimus. Nimirum vetera illa, & Attica, Pandionem, Athenas, Terem, Thracia At clygni, qui earum garrulitatem exosam habebant, vix quidem illas sermone dignas duxerunt: sed tandem, & praeclaræ, inquit, causa nostra in solitudinem libens se quisquam contulerit, ut Mulicam audiat, cum zephyro pennas nostras inflādas permittimus, ut luave quidpiā, & concinuum inspiret: Quare, si nō multum, nec apud multos canimus, ac illud certe in nobis pulcherrimum est, quod modū in canendo tenemus, nec musicam tumultibus permittimus: Vos autē & in res admissas homines fastidiūs, & canētes auersatur, idq; optimo iure, quippe, quæ, nec incisa quidē lingua silere possitis: veium ipsi exfectionem linguæ, & calamitatem vestram lugentes, quavis alia aue loquaciores sitis.)

Hæc magna suavitate pro viii eloquētia. Proferam aliud exemplum, sed stylo simpliciori. Gerson Cancellarius Parisiensis, vir in Theologicis literis egregie doctus, videtur hoc dicēdi genēre delectatus: Nam in commentarijs ad Magnificam, fabulam de cato, & vulpe iucundissime narrat, & ibidem Apologum de vulpe, palumbis, & passerē sic exequitur.

Gerson
lib. 8.
super
qui p. 81 4

(Nidificabant palumbi sylvarum in arborū proceritate, more suo, circumibat vulpes ad radices, se comminans ascensuram, se nidos omnes cum fœtibus direpturam, nisi sibi pullos projiceretur vnus. Trepidantes palumbi agebat, quod petebat, & abibat, reuertebatur ad simile, quousq; passer dato palūbis obfiliō, continere se nidis suis, vulpes a fraude iua fraudata est, sed in passerē vertit indidias, non viribus, sed adulatione.

Erat in dumo passer, vulpes a fuit beatificas auctulas, quod volatu suo se protegerent a bestijs, & inqueis terræ: sed hoc vna deest, inquit, qua rationē contra ventorum turbines, & iugora se protegant. Voluit passer gloriari, & obcionari cum garrulo, respōdit, se protectionem habere, dum flabat boreas a sinistris, mergebat enim caput sub plumis ad dexteram, & e contra, si a dextris, fingens vulpes se non satis audire, propter distantia, protrahebat alloquium. Dilapsus est passer ad ramos proximiores terræ. Quæsiuit vulpes, dum ventus flaret ab anteriori, quid agebat sic, ait, dimittēs caput ad pectus plu-

mas. Exiit vulpes in non videntem, & deceptam blanditijs, vorax sapuit. Affabularia est.

Damus aliquando tale aliquod salubre cōsiliū, quod dum praeterimus decipimur.) Quid hac simplicitate candidius, aut festiuitate amœnius?

Observandum autem erit in his apologis, ne nimis sint crebri, ne dictione nimis facta, & quæ ad scurrilitatē accedat, pertexatur: denique, ut personam, ut locum, ut rem deceant. Multa in hac re, a grauibis viris, prudentiæ salē temperata placuerunt, quæ si ab adolescentibus dicerentur, in opinionem incurrerent scurrilitatis.

Apologi est
sile & gra-
uitate a ho-
minibus non
erunt omnino
docent.

Tertius fons inuentionis, Adagia.

CAPVT V.

AD patábolos accedunt Adagia, & plerumque cum ijs confunduntur, in eoque maximē consentiunt, quod rerum exprimat similitudines, vnde parœmia dicitur *παραροιμία*, *καρρόιον τεσσέμιον*, *οὐ τὴν χεῖρα τὴν κόλ-
λιαν, ἢ ἀπὸ ὀλίγων πρὸ πλείονα ὅμοια μετα-
ληθῆναι διευτέλλω*. Verbum vulgare, & multorum vsutritum, quod a paucis, ad plura similia trāsferri commodē queat. Verum, non est vna omnium adagiorum ratio, nam alia verē popularia sunt, & cuique vel impedito obuia, quæ Graeci *πρωμια* *ἢ ἡ ἰσ* appellat, alia sacra *ἢ ἢ* ut nominantur, quæ a vulgi sensu remota, reconditam magis doctrinam ex varia historię eruditione sūt cōplexa. De quibus mihi videtur loquutus Synesius, cum ea veteris philosophię reliquias appellat.

Adagiorum
mura gēne
va.

Ἡ πρωμία, inquit, *ἄφορ. πῶς δὲ οὐχὶ σφ-
φόν, περὶ δὲ Ἀριστοτέλης φησὶν, ὅτι παλαιῶς
εἶπε φιλοσοφίας εἶναι τὰς μεγίστας ἀνθρώπων
φθορὰς ἀπολομένης ἕνεκα ταῖς μάλιστα περι-
σσεύεται διὰ σιωπῆς, ἢ ἀρετῆς, παρρη-
μία ἢ ἢ τῶτα, ἢ λ. (ἢ καὶ ἕως) τὴν ἀρχ-
αῖς βίον ἐπιπέλασαν αὐτῆ. πᾶ μολυ γορ οἱ
πάλα εἰς ἀληθειαν ἰσοχῆταιροι.*

Sapientis prouerbium. Quidni enim sapiens sit cum prouerbia dicat. Aristoteles esse veteris Philosophia inter maximas hominum viuas interueniens, quædam reliquias, et breuissimas dexteris manibus seruatas? Proverbum igitur hoc



Quintus fons inuentionis, Emblemata.

CAPVT VII.

VT est imaginum vbique amans humanum ingenium, vix ad necessitatem ingenerata multa humana vix lubrica, parietes, pavimenta, domus, vestes, vasa cum ceperunt varijs figuris, & imaginibus collustrari. Hinc in parietibus vermiculata, in pavimentis tessellata, in lignis segmentata, in vasis ornamenta, in clypeis admirabiles cæctura, quæ paulatim postquam ad elegantiora desuere ceperunt ingenia, eruditus argumentis distinctis sententiis enituerunt. Hæc emblemata, quæ cum hieroglyphicis in eo conueniunt, quod symbolorum naturam habeant; differunt verò, quod rem sublatis ænigmatum velis purius, liquidiusque proponant. In hoc genere præclara, & arguta luceunt ingenia, vt ex varijs Imperatorum, illustriumque virorum symbolis licet colligere, ex quibus plerumque lepida, & iuauis affluit eruditio. Magnifica imprimis fuerunt verillotum, clypeo cuiusque symbola, qualia sunt, quæ apud Æschylum in Tragedia de septem ad Thebas commemorantur, & ab Homero, & Virgilio in Heroicum clypeis describuntur. Hunc morem ab heroicis ductum temporibus postericonstititissimè reuenerunt, & in eo præcipuè Athenienses prædicant, quos irridens Iacon, in muscam pro omni emblemate, eamque minutis lineis incisam sculpi curauit in clypeo. Cuius rei causa cum ab eo rogaretur, *Tam prope*, inquit, *ad cæces iura cæcis, vt vni muscam nostram diceret pro sibi.* Post vexilla & clypeos locum sigillis assignemus: nulla gens, nullus Imperator, nullus pene priuatus, qui sibi peculiare symbolum non affectant. Nihil hic opus est Persarum aquilas aureas, noctuas Atheniensem, Thebarum sphinges commemorare. Quid ea, quæ de Augusto feruntur, quam elegantiam habent: qui maritiam in rebus gerendis ostentus, in altera numeri parte, quem eudi miserat, passionem vna cum fluuiali cano cæleri voluit, vt testinandum sententia moneat. Mœenas ille doctorum fautor, & parens, tanquam viurpauit (vt nonnulli volent) Seriphiam, ad commendam silentij religionem. Carolus V. Imperator pro inuentio iure habuit symbolum sibi peculiare, duas Hiericulis colum-

nas cum lemmate, & *stra.* Hæc exempli causa commemorata sunt, licet infinita ex symbolis imperatorij. Adolphus Occonia nummis, ipsius denique Alciati, Iunij, Brofardi iconibus colligere, quæ vt sunt exquisita ingeniorum inuenta, ad orationes illuminandas, si modò belle accommodentur, plurimum habent suauitatis.

Sextus fons inuentionis, Testimonia veterum.

CAPVT VIII.

VT etiam testimonia, inter argumenta remota plurimum obtinent dignitatis, si modò ab auctoribus fide dignis, ilque grauius, & eruditus emanarint. Hoc est in rerum confirmationibus telum frequens, & plerumque amentatum. Nam cum nostra, licet sagaciter inuenta; resurari, reselli; possint liberius, sola auctorum, qui modò omnium consensu magni sunt, & celebres, obseruantia tam mirem elicit assensum, vt pudor sit diffiteri, quæ illa superiorum seculorum oracula suo calculo cæpiobant. Hanc auctoritatē in Theologicis orthodoxi Patres; in Philologia Aristoteles; in philologia omnes antiqui, & primæ classis auctores sibi vendicant. Bene igitur rationi dicendi consulunt, qui sibi de omni re, & disciplina, graua, selecta, rara grauissimorum testimoniorum *in uerba* per locos communes digerunt, quæ in promptu semper habere possint, & hæc præsertim longè secutius afferuntur, cum ex fonte hausta, nõ ex iuuulis delibata sunt. Qui tamē varia lectionis prædido destituti, ad communes locos, quorum seges posterioribus lacubus pene infinita enituit, cogunt recurrere. Pleni sunt resu varietate Clemens Alexand. Aist Plut. Plin. Senec. Stobæus, quos qui aude legunt, nõ dubium est, quin auro lectu peccus et pluerint suum. Succedunt tot noua collectanea, Patrum sententia, Platonis, Polyanthæ noua, Coccij thelaurus, Sylua allegoriarum, & qui quotiæ nascuntur tot eruditi faciarum literarum interpretes, in quibus magna conueniunt locorum veritas: sed hæc in sente semper tutiora la ignur nemini testimonia deesse poterat, vt vetendum fuisse, quod Agellius ille prudensissimus Imperator pronunciauit, cum machinam bella-

bellicam nimis solerter ad usum, vel minime in dultrosorum militum excogitatum vidisset, nunc iure dicendum sit; *Pars, virtutum suscipit*: vos erudici viri doctrinam, peritis, impetitque nominibus fecistis communem.

Sed tamen in tractatione magnum est discrimen, nec ubi Achillis hasta, ibi Achillis est manus. Videndum est imprimis, ut testimonia commode, & loco dicantur, non omnes orationes decent, illa quae totae ad suavitatem, & dictionum delicias sunt compositae, raro istum testimoniorum usum admittunt, ita vergetur de numero suo, suarum periodorum ambitu discedere, aut si interdum assumunt, parca delibant, suntque in *negotio* potius rei, quam in recitatione occupatae. Quae vero rationum pondera, & sensus, magis quam verba sectantur, magni faciunt auctoritates, in quibus tamen tenendus est modus, si enim nimiae sint, si communes, si sine vi & pondere allatae, puerum magis colligentem sapiunt, quam virum ingeniosum.

Hic existit aliqua dubitatio, utrum Graeca Graece referenda, carmina etiam orationi adtexenda sint? Quod ad primum attinet, Demetrius Phaler. in li. quae de elocutione scripsit, eos reprehendit, qui Graecis vocibus peregrinas immiscent, & hoc ab Oratoris elegantia docet esse distinctum. Ex quo perperam faciunt illi, qui ad eruditionis ostentationem in una oratione omnia confundunt idioma. Tiberius in senatu noluit Graecam vocem *υεβαννα* usurpare, quae tamen maxime necessaria videbatur. Quid igitur, qui sine vlla necessitate Hebraicorum, Graecorumque testimoniorum sylvam congerunt? num satis oratores sapere videntur? In libris, commentarijs, & ad probabilitatem, non delectationem, compositis orationibus, ubi necessitas exigit, si maiorem vim, & pondus oratio sit habitura, istud usurpare non est in decorum; & in explanationibus quidem authorum dignitatem habet per magnam. In concionibus vero sarrago tot peregrinarum linguarum, cum praesertim concio res sit popularis, non adeo plebeijs auribus iucunda, quae magis afficiuntur eo quod liquidius intelligunt: itaque Graeca saepius, aut Hebraica citare superuacaneum est, nisi forte ea sint efficacitate dictionis, ut facile alieno idiomate reddi non possint. Hoc pacto Graecum verbum se usurpasse in senatu commemorat Cicero Phil. 1. & in Pisonem, habet, argentum *εχτρα*: sed

haec quam sobria? Neque vero magis errore vacans, qui in Gallicis concionibus, seu orationibus, Latinorum prolixos locos, & communes sine vlla vi, & *υεβαννα* coagmentans. Graecos etiam authores, ut Dionem Gregorium Nazianz. & Chrysostomum, latine loquentes inducunt, cum elegantius nostrate lingua redderentur.

Versus porro nec multos ingeri, nec omnino non excludi velim: nam qui ad excludendos ab oratione versus, Ciceronis, & Demosthenis, exemplum afferunt, parum mea sententia proficiunt. Neque enim magnopere mirandum est, si in negotiosis concionibus, ubi consultis artem, & eruditionem occultant, poetarum testimonia non expromunt, qui in literario potius pulvere sunt commemorandi: quanquam insunt aliqua vestigia, ut in Orat. pro Muræna, & in Pisonem. Sed haec in exornatiuis orationibus longè commodiorem sortita sunt locum. Auctoritatem habemus ex Dione Prusæ, grauisimo oratore, qui Homericis versibus in ijs quas sapienter, copioseque conscripsit orationibus, usus est sepius. Quanquam quid Dionem appello? nonne & D. Paulus in ea nobilissima concione, quam de Deo Athenis habuit, Arati illud usurpauit *διδωχες* *ισμυ*. & D. Augustus in serm. de SS. Innocent. ad populum, sententiam illam citatam:

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Septimus Fons Inventionis.

Γρῶμα.

CAPVT IX.

TESTIMONIORUM gemmae sunt, quae à Graecis vocantur *γρῶμα*, dicta grauia, & sententiosa, quorum apud veteres tanta fuit auctoritas, & precium, ut nihil ad maiestatem orationis exaggerandam putarent ex citatis. Itaque summam laudem meruit Thucydides, quod sententijs apposite usus esset, & poetarum utilissimus habitus est Hesiodus, qui licet ad Homeri grauitatem, nec argumento, nec dignitate carminis assurgat: tamè ob crebras quas habet sententias, mirificam laudem apud posteros est consecutus. His artibus à tenero fingi, eruditi que pueros volabant, non modò ut ad normam virtutis surgentem aetulam conformarent, sed etiam ad eloquen-

quentiam, cui peritiles videbantur, ad-
iumenta suggererent. Antiquissima sunt, (in-
quit. Quintil.) quae proprie, quamvis omni-
bus idem sit nomen, sententiae vocantur, quas
Graeci γώμας appellant: utrumque autem
nomen ex eo acceperunt, quod similes sunt
consilijs, & decretis, ut illud Afri Domitij.
Principi qui vulgo omnia scire, necesse habet multa
ignoscere.

Aliae porro graues sunt, & magnificae,
quales Platonis, & Philonis sententiae de Deo,
& rebus diuinis: ut, κρητὰ τ' ἐνα δὲ τὰς ὄντα
θεὸν δ' ὄνο τὰς ἀνοράτω ἐναί, καὶ πρώτως δὲ αὐ-
μοίς ἀγαθότηρα, καὶ δευτέρως, καὶ ἀγαθότητι τὸ
πάν ἡγενηθέναι. Ἐξ ἧς τὸ γέννηθέντ
ἀρχή. Σίτον δὲ σιωπηλάτων ἀμφοῖν τ' λόγον.
Panes, inquit, unum Deum dua sunt excellissi-
ma, & prima virtutes: Bonitas & potentia, & e-
ius quidem bonitas omnia in hanc lucem exci-
tata, potentia vero administrantur: Tertium quid-
piam est, cuius nexu duo priora copulantur, ver-
bum Dei. Et illa quidem per duo Cherubim hoc
per igneam gladium significatur. Haec plena
maiestatis, quam ut augeat, addit, se hanc do-
ctinam ab anima sua διολκπτουίτη diuino fu-
rore incensam accepisse. Tale illud D. Aug. De
us melius scitur nesciendo. Aliae sunt acutae, &
breues, quales sunt illae Senecae, Boetij, Taciti,
Sallustij, Q. Curtij, &c. ut, Quaedam tempora
cripianur nobis, quaedam subducuntur, quaedam
effluunt. Magna pars vita elabitur male agenti-
bus, maxima, nihil agentibus, tota aliud agenti-
bus. Dum differuntur vita, transcurrunt. Piet, ut mi-
nus ex crassius pendens, si hodierno manum in-
iunctis Virere voluit, qui mori non vult, & quae
ex alijs citat, maxime ex Publio Syro;

Auara iam desit quod habes, quam quod non ha-
bet.

Et est quod vult, qui velle, quod fas est potest.

Iniuriarum remedium est oblitio.

Passimum peri assidua, & indicij venenorum suis
cuique utilitas.
Auaritia omnia venalia habere docet.
Animus vorari qui sit se totum ingeredi.
Regum sapientia opes assistatio, quam hostis auertit.
Et cetera infinita.

Aliae sunt festiuae, & prouerbiales, ut:

Ἀπλοχρηματία διαπλατῆται, ἀλλο ἢ ἄλλο.

Auaritia spatium capiet, nihil praeterca.

Ἄττων γῆρας κερδὸς πότμη ἀμείνων.

Aquila senectus Gracculi iuuentute melior.

Δελφὸς ἀνὴρ εἴρα νοι μὲν ἔχων ἀψήθη ἀπο-
λαλῶς.

Dalpheus vir coronam quidem habens, sed sui pa-
riens.

Διοσὶ πῶκε δὲ ἰσάων, ὁ δὲ ἕτερον καὶ λαλήθη.

Duos lepores venans, neutrum capies.

Θρέψαι τὸς λυκιδεῖς, ἀρέψαι κύνας ὡς φά-
γοντι.

Paste luporum catulos pasce canes, ut te laent.

Λύχνος χρέων ἔχων, ἵπχεν μὲ μιν ἔδλωρον.

Lucorna si indigeas memento oleum infundere.

Μὴ κίνει Καμαρίναν ἀκίνητη γὰρ ἀμείνων.

Noli mouere Camarinam, quiescens melior est.

Νεχρὲ σῶμα λέοντος ἐφορεῖσθαι λυγρόν.

Mortui leonis cadaueri insultant lepores.

Οψὲ θεῶν ἀλέεσσι μύλοι, ἀλέεσσι ἢ λεπία.

Sero molans Daorum mola, sed bene comminu-
unt.

Πολλοὶ τοὶ νεφελοκόφοι, παῦροι δὲ τὲ βάρ-
χοι.

Multi Thyrsigeri, pauci Bacchi.

Πελοπόου κέραλη ἔτι μὲ κερκέρη, ἐν ἧ ἔ-
ιδλόρ.

Polyphi capiti benum inest, & malum.

Polypi capiti benum inest, & malum.

Dici non potest, quantam venustatem spiritus
huiusmodi elegantiae, quos, qui sibi familia-
res continuo visu reddunt, praecleara ad venu-
standam orationem comparant adiumenta.
Pleni sunt autem libri, & veteres, & noui his
locis communibus, ex quo penes in contemp-
tum venerunt apud fastidiosos: seligenda e-
runt in tanta sylvula lectissima quaeque. Dein-
de obseruandum quod monet Quintilianus,
non debere esse minus crebras sententias. Ter-
tium, personae esse accommodandas: parum e-
nim decet adolescentem adhuc rerum impe-
ritum, praesertim suo Marte sententiosum lo-
qui.

Cum sententia congruit apophthegma, nisi
quod sententia laetius plerumque sumitur.
Apophthegma autem semper est dictum bre-
ue, rotandum, & sententiosum, ut definitur a
Eudemo. Adde, quod deus accipiat ab illu-
stribus personis, quibus in auro tribuitur a-
pophthegmata, quales sunt Ptolemaeus, Impera-
tores, Reges, Legati. Haec quo pretio fuerint,
satis indicat eruditus de Apophthegmatis Pla-
tarchi libellus quem, Traiano Imperatori ob-

T. 3. tulit

Thucoris.
Anaxag.
Lacti.

Stepha. de
urbib.

Lib. An-
thol.

Pant. de ser.
numinis
vindicta.

Plato in
Phadone.

Plutar de
aud. poet.

Comp. Tacit.
Hist. li. 1.
Salust.
De Cart.

Ex Stromato
Geaco.

culit. Cuius vestigia secuti syllogistae, nobis innumerabilem vim apophthegmatum prodiderunt. Non est semper in eo adeo antiquis insitendum, ut nostra tempora ingeniorum, dictorum, exemplorumque fecunditate factis opulenta negligamus. Ideo oraculorum & rituum nostrorum Regum, & illustrium virorum admiscere sententias, quales feruntur HENRICI MAGNI, quarum telestas aliquas inuenies in consolatione ad Mariam Augustam, quam ex Gallico Patris Richeomij, vni de eloquentia gallica per bene meriti latinè reddidi. Fuit profectò in admirabili rege illa extemporaneorum dictorum insignis felicitas, & ἑραχθόρια λαλιότης, digna, quae memoriae commenderetur monumentis.

Octauus fons inuentionis, Leges.

CAPVT X.

Nonn. Dion. 4.1. Cic. 2. de Reg. Nonnus. Legem Reginam Deorum, & hominum appellat Pindarus apud Athenæum, quem secutus Nonnus in Dionysiacis cecinit.

Α' γνος ἀνα' ἑστῶν, & ἰσῶν τῶν.

Et est ceres vnicum quoddam, quod vniuersum mundum regit, imperandi, prohibendiq; sapientia. Ex quo magnæ sunt auctoritatis leges, si modò ad æternæ veritatis normam componantur. Nam, ut ait D. Augu. Omnium legum est manuum censura, nisi diuina legum imaginem gerat. Vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine legibus, suis partibus, ut neruis, ac sanguine, & membris vti non potest.

Atque, ut magna est legum excellentia, & maiestas, sic etiam iuris prudentia, quæ eadè tractandas suscepit, sapientia; seminariū est, & omnis prudentiæ officina. Cùm præsertim constet leges, a prudentissimis sui æui mortalium inuentas, sæculorum, ingeniorumq; accessione ad immensum decus effloruisse. Cecrops Athenensibus leges præscripsit, Argiuis Phoronzus, Cretensibus Minos, & Radamanthus, Lycurgus Lacedæmoniis, Babylonij Zoroastres. Romani postea ex sapientissimis quibusque duodecim tabulas compilauerunt, quas merito (vel Cicero in testimonio) multorum Philosophorum scriptis anteponas. Sed omnium ingenia, labores, & curas vicit Iustinianus Imperator in eodice edendo, quem Iustinianum de suo nomine appellauit. Ad hoc curadum opus, Decem-

Authores variorum legum.

uiratus constitutus est ab eodè Imperatore, delectique Ioannes Patricius vir consularis, & exquæstor, Leontius magister militum ex P. Prætorio, Phocas magister militum, & Patricius, Basilides Patricius ex prefecto prætorio Orientis, Thomas exquæstor sacri palatii, Tribonianus Magister officiorum, Constantius comes sacrum largitionum, Theophilus comes sacri Confessorij, Dioscorus, & Præsetinus togati Iudices sacri Prætorij. Illi ex tribus Codicibus Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano, tertium elucubrauerunt illum ipsum Iustinianum. Ex his fontibus, iuris peritis maxime petenda est eruditio, quæ quam grauis sit, quam prudens, quam locuples, quis prædignitate satis completi possit: cum præsertim Christianæ veritatis face illustrata, ad summum generis humani bonum, tam salutare leges prodierint. Et quamuis ex gentilitatis malo præsci legislatores in varios incidere errores, magna tamen sapientiæ vestigia in ijs plerumque est reperire, qualia sunt illa apud Persas.

Baron. ad an. Christi 529.

Iustitiam ante omnia coluero, & ad eam pueri exercitor, ex quo Xenophon pueros apud Persas ad discendam iustitiam, non secus ac in ludum literarium Græci solent frequentes conuenisse memorat. Ἰοῦστῆναι ἀπὸ τῶν περσῶν ἀσπασθῆναι φησὶν τῶν ἑλλήνων ἐκ τῆς παιδείας, ἧς ἐκείνοι ἐμάθησαν ἀπὸ τῶν περσῶν, ὅτι ἐκείνοι ἐμάθησαν ἀπὸ τῶν περσῶν. Ἡρόδ. lib. 2.

Xenoph. lib. Cyrop. Prudentia & integritas in multis legibus antiq. Perse.

Item veritatem sectantur, dolum malum remouent.

Magistratibus parento.

Ingrati in iudicium vocantur, & pro delicto puniuntur.

Adulteria, & læstigea alii iniurias vindicant, &

Joseph. lib. 2. c. 6.

Apud Aegyptios.

Singulis annis apud prouinciarum præfides, omnes vnde viuunt demonstrant. Si quis secus faxit, aut vnde legitime viuat non demonstrauit, capitale est.

Aegypti Herodot.

Perunt capite mulctantur.

Apud Athenienses.

Si quis in sepulcrum hominis cadauer incidat, omni parte id terra obruat, & sepeliat ad occasum spectans. Athei morte mulctantur.

Athenienses. Lucr. in Anag.



Si quis pudicitiam profiteretur, aut expatri- rit, huic interdictor ius apud populum concionandi.

Apud Macedonios.

Omnes Dij, Deique colantur armati, & id miro artificio, ad molliem de ciuitate a- bigendam, militarem disciplinam excolen- dam.

Vorum omnium sit, vt Dij honesta ob bonas actio nes largiantur, nihilque amplius.

Maio um imperium libenter omnes pati af- fuchant.

In legibus Numa.

Deos patrios colanto: extempas superstitio- nes, aut fabulas ne admiscendo.

Ne quid inauspicato publice gerunto.

Nocturna sacrificia, priuilegiaque amouen- tor.

Mœnia sancta existimantor.

Dis ex amputata vite ne libanto.

Bellex aram Iunonis ne tangito, si tãgit, Iu- noni crinibus demissis agnum, forminam cedito.

Patronus, si clienti fraudem faxit, sacer esto.

Hæc exempli causa, in quibus partim reli- gionem, partim prudentiam elucere videas, atque eò sententijs, & apophthegmatis sunt grauiora, quod non vnus priuati, sed ciuita- tum, & clarissimarum gentium sunt monu- menta. Congessi olim in singularem libellũ nõdum editum Aegyptiorum, Persarum, A- theniensium, Lacedæmoniorum, Romanorũ denique præcipuas leges, & ex quibus multa possunt ad eruditionem decerni. Verũ cauendum est, ne ista, aut in causulis afferã- tur, aut loco incepto commemorentur, aut dã peregrina recensemus, quæ ante pedes no- stros sunt, prætermittamus.

Nonus fons Inuentiois, Sacra litera.

CAPVT XI.

VEREM ista omnia humane sapientiæ in- uenta, licet exquisitissima, quora portio- sunt diuine sapientiæ? Præclare, vt cetera, hoc à D. Augustino dictum est.

Quantum autem minor est auri, argenti, restitq; copia, quam de Aegypto secum ille populus abstulit, in comparatione diuitiarũ, quas postea Hierosolyma confecutus est, quæ maximè in Salomone rege ostenduntur, tanta sit cuncta scientia, quæ quidem est v-

tilis collecta de libris gentium, si diuinam scripturarum scientiæ comparatur. Nam quicquid homo extra didicerit, si noxiũ est, ibi damnatur: si vtile est, ibi inuenitur. Et cum ibi quisque inuenit omnia, quæ vtili- ter alibi didicit, multò abundantius ibi inue- niet ea, quæ nusquam omnino alibi, sed in il- larum tantummodo scripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate discun- tur. Diuus verò Cyprianus lib. singulari de spectaculis scripturæ miracula sic explicat, vbi Christianum à spectaculo auertens, ad scripturas aduocat, omni theatro præstabi- liores.

Scripturis sacris incumbat Christianus fi- delis, ibi inueniet condigna fidei spectacula: videbit instituentem Deum mundum suum, & cum ceteris animalibus hominis illam ad- mirabilem fabricam, melioremque facien- tem: spectabit mundum in delictis suis: iusta naufragia, piorum premia, impiorumq; sup- plicia: maria populo seccata; & de petra rur- sus populo maria porrecta: spectabit de cœlo descendentes messes, non ex arcis, inspiciet flumina, transitus seccos restanatis aquarum agminibus exhibentia. Videbit in quibus- dam fidem cum igne luctantem, religione superatas feras, & in mansuetudinem con- uersas, intuebitur, & animas ab ipsa morte reuocatas, & ead summũ concludit scriptu- ram esse theatrum miraculis refertissimum, & exclamat, quam hoc decorum spectaculũ fratres, quam iucundum, quam necessariũ. Nunquam finis esset dicendi, si de scripturæ excellentia, & auctoritate dicere vellem.

Annotabo tantum duos insignium Ethni- corum locos qui cum in sacras literas inci- dissent, & biblia nostra euoluisent, non po- tuerunt eorum maiestatem distiteri. Primus est Emiliij Apamensis Philosophi Platoni- ci, is cum Plotino præceptore, & Gemiliano Romæ clari nominis fuit, quem Proclus in commentarijs ad Timæum Platonis, sæpe vocat Ameliam nominat. Is cum legisset apud Diuum Ioannem (IN PRINCIPIO E- RAT VERBUM) miratus est, quod barba- rus, vt ait ipse, homo ita fuerit philosopha- tus, καὶ ἴδεν ὁ βασιλεὺς ἀρετὴν καὶ σοφίαν ἐν τῷ ἀπὸ τῆς γῆρας ἔχοντι, & ἄλλοις ἰδοὺ τὰς ἀρετὰς καὶ τὴν σοφίαν ἐν τῷ ἀπὸ τῆς γῆρας ἔχοντι, quod Cyrillus cõfirmat aduersus Iulia- num.

Cypr. li. de sp. Aniculis

Amelins.

Cyri. ad - uers. Iul. l. 8

Alex

Plato de repub.

Romani.

August. l. 2. de do- ctina Carist.

De Inventione
De Loqu.

Alter est *Dionysij Longini* in libello *in*
ipsi, priori libromemoratus, ubi maiestatem
notionum mentis, & sententiam commendat,
enac ex Homero Neptunū augurantē, quē
laecum a poeta gratissime pertractata ostēdit,
nam

Νεπτῦνος ὁ βασιλεὺς τῆς θαλάσσης
ἔειπεν ἰσχυρῶς ἀνακράωντα
ἰὸν ὄντα.

Mox *Moyſen* cum Homero comparans, a-
it illum ludicrum legislatorem non fuisse
virum de civibus, qui tam sublimem de Deo
notionem habuit, ut de eo scriberet: Dixit
Deus, fiat lux, & facta est lux; fiat terra, & fa-
cta est.

Ταύτην ἔδωκεν ἰσοπέδιον τῶν ἀνθρώπων, *ἐὼς ὁ*
κόσμος ἔσται, *ἐπειδὴ ἂν τὸ θεῖον ἴδωμεν κα-*
τὰ τὴν ἀθανάτων ἰσοπέδιον καὶ ἴσους, *εὐδὸς ὁ*
κύριος ἐστὶν ἡ ἀθανάτων τῶν πάντων, *ἐπὶ τὸν ἄδιδον*,
φῶς τὸ θεῖον πᾶσι, καὶ ἴσους τῶν πάντων, *καὶ*
ἴσους.

Hæc observatione digna sunt in paganis
hominibus, quorum ore etiam literis laetis
dignitas tribuitur.

Quod ad eius usum attinet, Theologorū
est proprius: Hæc eorum hæreditas, hic cam-
pus, hoc stadium. Ex quo mirum est nonnul-
los tam venerandæ sapientiæ dignitate, co-
pia, & utilitate omiſſa, ad steriles Adonidis
hortulos, fragilia humana sapientiæ chora-
gia, tā lubèter deſectere. Cetera in uerſo or-
dine iurisperitos neglectis ijs, quæ ad se atti-
nēt, sacra biblia sæpius, quam leges in ore
habere Pulchriū est, & modestū, se intra suo-
rum caſtorū ambitū quæque continere, & si
quædam propter mutuum artium vinculum
ex ijs depromenda sunt, tamen in hac parte
nunquam nimios esse nos oportebit, ne quis
Apelles exiliens è latebra illud inclamet, Ne
futor vltra crepidam.

Decimus fons inventionis, ratio, & saler-
tum locus.

CAPVT XII.

ET hæc quidem ad variam eruditionem
pertinent, quæ eloquentiæ facunda quædā
nutrix esse cõprobatur. Nunc de ingenij fõ-
te videamus, sine quo quantacunq; fuerit e-
rudicio, gladius erit in vagina reconditus,
cuius acies hebescet.

Cum tota ratio dicendi tribuatur in sub-
iecta, & enunciatã, quorum illa sunt, de qui-
bus sermo est; Hæc, quæ de re affirmantur,
aut negantur; ad perfectam subiecti, & præ-
dicati distinctionem, vtile est admodū te-
nere Aristotelis categorias, ex quarū, & ca-
terorum, quæ ad differendi rationē attinēt,
ignoratione, nonnunquam multa Rhetores
peccare solent.

Subiecta, siue res, quæ in quæſtionem ca-
dūt, sunt aut superiora, & simplicia, ut Deus,
Angeli, cælum, elemēta; aut mixta anima-
ta, ut homo, animalia; aut inanima naturalia,
ut plantæ; aut moralia, ut virtutes, & vitia;
aut artificialia, ut domus, naues, horologia,
&c.

De quibus omninò decem formari pos-
sunt quæſtiones, an sint, fuerint, esse possint;
explicatur per affirmationem, dubitatio-
nem, negationem.

Quid sint, explicatur per definitionem rei,
siue illa sit essentialis, siue ex adiunctis (quod
est apud oratores frequens) conflata.

De quo sint, explicatur per demonstratio-
nem causarum, materialis, & efficientis.

Quare sint, explicatur per demonstratio-
nem causæ finalis, formalis, & efficien-
tis.

Quantæ sint, explicatur per affectionem
magni, vel multi, & comparisonem ad res
alias, unde & illæ quæſtiones comparatiuæ
appellari solent.

Quales sint, explicatur per differēcias, pro-
prietates, & adiuncta.

Quando sint, explicatur per declaratio-
nem rei, quomodo, & à quo, & quā sit in
tempore.

Vbi, explicatur per expositionem rei,
quomodo, & à quo, & quid sit res in lo-
co.

Quomodo sint, explicatur per insinuationem
modi.

Cum quo sint, explicatur per enumeratio-
nem instrumentorum, mediõrum, signõ-
rum.

Ex his apparet, nonsecus ac vnum pũ-
menti genus, à perito coquo sit variũ; ita
rem ab oratore in varias distribuam quæ-
ſtiones, mirificè fecundari, atque illustrari.
Ostendo exemplis: si quis orationem quæ ex
de Luscinia auicula, putes fortasse angustum
dicendi campum, diuide, & rberem, laxum-
que reperies. An sit *Sinsac Lusciniæ*, quæ
vocat-

vocat-

uocentur Sirenes, ut est apud Lycophronem, fuerintne aliquando tales, & an possint esse in rerum natura.

Quid sit proprie luscinia, & cum de genere auium esse constet, qua differentia uisus est, aut maxime propria, ab alijs discriminari possit.

De quo sit: Quibus uitæ principijs constet, quale cum sole, cum aëre, cum aquis habeat commercium. An à cuculo, quod aiunt, generetur, generative possit, quæ sit habitudo eius corporis; plusne ignis, an aëris habeat, an cum terreno etiam, & aqueo genere aliquid fortiaur affinitatis.

Quare sit: An ad Dei gloriam prædicandam, an ad ornamentum uniuersi, an ad mulcendos suauitate cantus homines, an etiam ad pascendos, an potius ad exemplum uigiliae, innocentiæ, suauitatis, & laboris?

Quanta sit: Quam parua corporis mole, quam tenera, quam composita membrorum omnium in tam breui corpufculo concinnitate, cum quibus auibus id habeat commune.

Quale sit internis affectionibus: Quam simplex, quam innocens, quam pertinacis uigiliae, quam studiosa cautionum, quam ambitiosa, quo colore prædita, qua uoce, & cæteris corporis adiunctis.

Quando: Quando pariat, quando canat, uerene semper, an aliquando æstate, die an nocte: deinde an meridie, an sub auroram, an prima face, quando discat, quando quiescat, quando nidificet, &c.

Vbi, Quibus locis delectetur, an montanis, an syluestribus, cultis, desertis, frigidis, calidis, &c.

Quomodo: Quomodo unumquodque faciat, quo instinctu, qua arte, qua dexteritate doceat, discat, cantet, quot sonorum generibus luxuriet.

Cum quo: Quæ circa eam antecedentia, quæ consequentia, quæ sigaa eandem semper comitantia.

Quæ omnia in hac materia, & in cæteris enucleata argumenta, non modò ad condensandas orationes, sed integra uolumina suppeditabunt. Atque hæc de quaestione subiecta, nunc ad locos, & probationes artificiosas ueniamus.

De Locis in genere.

CAPVT XIII.

Quod literæ sunt apud Grammaticos, hoc apud Rhetores loci: ut enim ex literis uerba, sic ex locis rationes, & argumenta coalescunt. Nihil est omnino ad inuentionis fecunditatem uerius, ad dispositionis rationem concinnius, ad memoriæ subsidium efficacius. Quamobrem & adolefcentibus diligenter inuicandis sunt, & in ijs frequenter exercendi, ex quo ad omnem dicendi materiam reclusos inuentiones fontes commodius, feliciusque habeant. Nec sunt in ea re imperiti quidam audiendi, qui se sine usu locorum certis rationibus uti discunt: fieri enim potest, & sit quotidie, ut, qui nunquam locos uiderunt, ex locis ratiocinentur, sicut & qui literas nunquam didicerunt, earum tamen sonos loquendo necessarò pronunciant, sed utrūque rudium est, & multis erroribus obnoxium. Quando illi rectius, qui id ex arte faciunt, & omnia rationum momenta cognoscunt? Euenit deinde exercitatis, ut etiam minimè de singulis locis cogitent, ex ijs tamen optimas rationes educant, quas si uelint recognoscere, ad artis normam expressas inuenient.

Neque enim quoties uerbum aliquod est scribendum nobis, toties eius uerbi literæ sunt cogitatione conquirendæ: nec quoties causa dicenda est, toties ad eius causæ seposita argumenta reuolui oportet: sed habere certos locos, qui, ut literæ ad uerbum scribendum, sic illi ad causam explicandam statim occurrant: sed loci demum oratori prodesse possunt, qui est uersatus in rebus, uel usu, quæ ætas denique affert; uel auditione, & cogitatione qua studio præcurrit artem.

Sunt autem loci communes notæ, & argumentorum sedes: quorum alij sunt interni, alij externi.

Interni sunt in rei substantia, ut definitio, genus, differentia, species, partium primariorum enumeratio, coniugata.

Alij externi, sed tamen cognati, & ij valde necessarii, ut causa finalis, & efficiens, & effecta. Alij externi appliciti, ut notatio, adiuncta, contraria, repugnancia, similia, relata, comparata; unde sexdecim loci communes satis noti colliguntur, qui rursus in alios diuidi possunt, & argumenta magnis incrementis

tis fecundari. Offendo exemplo. Laudandum mihi liliū proponitur, (versabor enim in ijs argumentis, quæ forensibus causis, & obrijs difficiliora sunt. Sic eius laudem ab omnibus locis portexam.

DEFINITIO PER
Synonymiam.

Quomodo
ex omnibus
locis docer-
panda sint
argumenta. Quid est enim aliud liliū, quàm terræ
ornamentum, plantarum gloria, oculus
florum, pratorum gemma, pulchritudo radijs
suauiter emicantibus fulgurans, vt Sappho di-
xit de rosa: *ἡς κόμιθ' ἔρου' ἄν' ἄρ' ἄδ' ἰμα, ὀφ-
θαλμὸς ἄνθεω, λυμὸν ἔχει ἕρην, κίλλος ἄστ' ἄπ-
τερ:* Vtuntur enim oratores, vt docebo, maxi-
mè in exornatio genere his definitionibus.

Per descriptionem.

Videte vt est ex omni parte formosum. Nū
excessa facies? num maiestate cinctum caput,
cuius oneri vix collū sufficit? Num argen-
teorum foliorum striati ordines? Num paula-
tim in latitudinem se explicantes angustia?
Num resupina per ambitum labella? Num deli-
catissima, quæ interius sunt fila? Num folio-
rum stantia crocis aureolis capita? Num odor,
num candor eximius facis istud, vel me tacete,
prædicant?

NOTATIO

Nec immeritò profectò Græci *λίριον*, &
καλλιρίον, Latini Iunonis rosā, Mauritanī, Su-
sen ab vrbe potentissima, nobilissimaque ap-
pellant. Hæc omnia sapiunt blandam pulchri-
tudinis maiestatem, sed efficacius *λίριον* tenu-
stum, suauem, amabilem florem significat.
Cuius nominis tanta est amplitudo, vt flores
omnes, qui modò specie, & suauitate sunt ex-
cellentes, *λίριον* nomet Apollonius in Argo-
nauticis.

*ὡς ὅτι λέγεται καὶ ἀπὸ περιβοηθήσει μέ-
λ' ἰουσε.*

PARTIVM
enumeratio.

Quod mihi videretur etiam spectasse natura,
quæ lilia in tot pulchritudinis genera diuisit,
vt non vnum duntaxat florem, sed omnes
omnium eximios colores & dignitatem vide-
antur assequuta: si candida consideres, quid
purius, aut amabilius? Si Persiana, quid specio-
sius? Caulis est illis ternum cubitorum, quem
fusè ambiunt folia ex cæruleo viriditate, mu-

cronata, flores nutantes nolarum effigie nigri-
cant: radix bulbota, fissa, minimè squamis lori-
cata, albida, auersa parte sessilis, & plana, por-
rectis subtus obscure flauentibus. Si Polyrihi-
sa, quid artificiosius? Nam & hastulas emulan-
tur, & radices habent multas, non admodum
crassas, albas, huc, & illuc sparsas, dulces, gluti-
nosas, ex quibus caulis erigitur sæpius duos
cubitos altus, canus, sine medulla, in quo flo-
res candidi, odorati, stamina lutea, semen in
vasculo triangulaui conclusum, nigrum tri-
quetrum. Si rubra, quid magis varium? caule
quidem minora sunt, folijs angustis, & nigri-
cantibus, & summo flores erumpunt, singuli
suis pediculis, modo longioribus, modò bre-
uioribus insidentes, coloris purpurei, crocei,
aortulis similiter quibusdam nigris, & per-
quam exiguis ornati. Si cruenta, quibus flores
rutilant, & bulbos nucleis stipatos proferunt,
quid ardentius? Quid Narcissos, & Homero-
callidas, & cætera id genus commemorem?
nullibi sæcundiori pulchritudine luxurians
natura videtur.

CONIUGATA.

Nihil mirum igitur, si quicquid delicato
pulchritudinis flore suauiter emittente, hoc à
lilio liliatum dicimus. Sic orationem liliatam
una oratio fleur delisée, quam Dionysius Hæli-
carnassicus *βουρχειόλιον λόγον* nominat.

GENUS.

Omnes quidem flores singularis naturæ ri-
dentis clementia, ad humani generis oblecta-
tionem, vniuersi decus, variasque utilitates
profundit, quorum vsu non modò profana re-
creantur, sed sacra ipsa excoluntur (& hic latius
dicendi campus.)

SPECIES SEPT
forma.

Verum peculiari quodam iure liliū sibi
vendicat, quod simul aspexeris, statim tibi
præstantissimi omnium floris, veniet in men-
tem.

SIMILITUDO.

Quid non magis exhilaret, quam aspectus
pulcherrimorum Aulæorum? quæ natura om-
nium architecta, & parens, vbi que strauit in
suis lacundijs, vt admiranda forma, & spe-
ciosa varietate colorum, radicis, caulis,
ramorum, foliorum, floris nostros oculos pas-
cet.

Rouilloni

eretur, ac reficeret, spectaculo quidem ornatissimo, & instructissimo, quod etiam, vel maxime iuualidos, rusticos, & incultos homines alliciat, & deleat. Quando vero Salomon in hac regie fortunæ opulentia, & omnium deliciarum mollitie, tot exquisitis vestium coloribus radians, ad vnus hlij dignitatem aduertit?

DIFFERENTIA.

Habent quidem manufacta, plerunque egregiam venustatem. Sed tantum à naturali pulchritudine differunt, quantum natura Dei illius præpotentis administra, mortalium manus, vim industriamque superat. (Et hic excurrere laus potest in differentia naturalis pulchritudinis, & manufactæ.)

CONTRARIA.

Si igitur natura ita infligante flores nigros, infatuos, male olentes detestantur: qua amoris benevolentia liliam amplectemur? quo nihil ad candorem amœnius, nihil ad prosperitatis significationem candidius, ad odorem etiam, quem suauissimum spirat, dulcius quicquam esse potest?

ADIVNCTA.

Accedit ad cæteras hlij virtutes, quod in Francorum sit insignibus: Idque non humano consilio, sed Angeli cælitus deferentis beneficio, quo nihil ad hlij laudem dici potest illustrius. Francia illa, cæterarum gentium Regina, quam HONORIVS tertius, Pontifex, Christi pharetram leætissimis sagittis abundantem appellat, quam Gregorius Magnus tantum cæteris nationibus præstare cenet, quantum Regie dignitatis apex omnibus honoribus antecellit: Francia, inquam, illa lilia ab ipsis penè mundi cunabulis in Moyse candelabro, & Salomonis templo sanctissimis religionibus consecrata, per vniversum terrarum orbem suauissimi odoris halitu diffudit.

ANTECEDENTIA,

Consequencia.

Ita autem amplexa est, vt Regem Francorum in illa maiestatis sede, & lustris puluinarum (quod vocant) sedentem, sine liliorum insignibus, non magis intueri liceat, quam solè sine luce. Vbiunque Regia Maiestas ius dictura sederit, ibi lilia: vbiunque lilia fulserint, hic Regie maiestatis quosdam radios præsentere dicas.

REPUGNANTIA.

Nec minus repugnat Regem veterari, & calcare lilia, quam Calais adorare, eorumque statuas frangere, detestare laureas, honoris insignia resellere.

CAPITULUM SÆ.

Siue igitur cum esset paruis, & lacteus Hercules Nouerca: Iunonis vberibus suppositus, argenteus mammarum humor cælestibus stilliculis depluens, tantum florem produxit, siue natura plenius lux munificentia velificata ediderit, nihil plantis inuenio diuinus.

EFFECTA.

Neque tantum ob speciosam illam maiestatem dico, qua præditum est, sed propter magnas, & veteres, quas in hominum commoditatem deriuat utilitates. Quis enim nescit, quod habet Palladiaz de re rustica? oleum limaum ad morborum remedia, per quam salutare semper extitisse, & cæ.

COMPARATIO MINORVM,

Comparium.

Quid igitur si calthis, ac violis, & huiusmodi floribus tantum tribuimus, quid lilio deberi existimatis? quod ipsum constat longè omnium esse præstantissimum. Nisi quis forte rosam Sapphonis, & Anacreontis veribus decantatam illi parem esse contendat; Huic non multum aduersabor, modò liliam inter flores Regis partes obtinere fateatur, rosam huic veluti Reginam comitem adiungat.

De Locorum delectu.

CAPITULUM XIV.

Placuit hoc specimen subijcere, vt ostenderem, quanta est in locis ad quamlibet questionem tractandam læcunditas, non quod velim, omnes, & isto ordine intrudi. Rectè M. Tullius. Orator locos percurrat omnes, vtetur aptis, non imprudenter ista copia, sed omnia expendat, & seliget. Non enim semper, nec in omnibus causis, ex ijs eadem argumentorum momenta sunt. Iudicium igitur adhibebit, nec inueniet tolum, quod dicat, sed etiam expendat. Nihil enim teracius ingenis, ijs præsertim, quæ disciplinis

Cicero in
Oratore.

V s exculta

Gregor.
in epistol. ad
Child. Regē.

exculta sunt. Sed vt segetes fecunda, & vberes, non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus, sic interdum ex illis locis, aut leuia quaedam, aut a causis aliena, aut non vtilia gignuntur, quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur; Quoniam modo ille in bonis habebit, & habitabit suis. Nunc de singulis in specie dicendum est.

Definitionis dignitas & varia appellationes.

CAPVT XV.

Operis vmbra, orationem dixisse fertur Democritus, quoddam delineatio quaedam rerum fiat beneficio verborum. Est id quidem in ceteris, sed maxime in definitione conspiciendum, quae non modò vmbra est, sed viua rei, quae describit, imago, atque ideo χαρακτερισμὸς à veteribus nominata est. Fuit certe illud Paulinae pictoris, & Glycerae coronariae iucundissimum certamen, cum haec innumeros flores summa varietate distinctos proponeret: Ille verò eorundem formas, & colores exprimere, ac diuersos veluti luxuriantis naturae ludae artis beneficio consequi niteretur. Sed nec minor definitionis splendor, aut dignitas, quae res tot, & tantas, quas huius caeli ambitu, diuina mens complexa est, paucissimis quibusdam verbis depingere, atque illustrare conatur. Ex quo si tanta statuarum artis magnitudo, quae (vt ait Cassiodorus) primum à Thuscis profecta mentibus, & inuentis, ita creuit apud posteros, vt parem populum Romae daret, quem ipsa rerum parens natura procrearat.

Nō minima laus profectò definitionis quae hanc rerum vniuersitatem, tot accuratis descriptionibus, quasi statuis, & imaginibus amplexa est. Haec de prima definitionis appellatione.

Eadem terminos.

Secundò à Graecis dicitur ὄρος, quasi terminus, aut lapis terminalis, ex quo definitio quoque à Latinis nuncupata est. Magnum profectò nomen, & definitionis dignitatem satis indicat. Sacros enim fuisse apud veteres lapides terminales scimus, non alia de causa, quae quod agrum ab agro discriminantes, contentionum omnium materiam succiderent, ex quo occipit Ouidius in Terminum,

Tu populos, vrbesque, & regna ingenia sinis,

Omnia erit sine te litigiosus ager.

Sed quod magis mireris, ita religiosi fuere Terminorum lapides, vt si quando quis in religio nisi Arabia lapidibus proiectis stratus ager inueniretur, omissus idem, & cultura inhabilis iudicaretur, ne forte lapis aliquis vnus ex terminalibus violaretur ab inscijs. Quamobrem plerique inuidia moti eiusmodi lapides in agris vicinorum proiebant, quò illis postea extr. criminibus cum graui detrimento cessaret ager.

Hoc crimen ομοκτισμὸν nominabant, vt ex Vlpiano liquet. Sunt quaedam, inquit, quae morte prouinciarum, coercionem solent admittere, vt puta in prouincia Arabia ομοκτισμὸν crimen appellant: Cuius rei admissum tale est: Plerique inimicorum solent praedium inimici ομοκτίζειν, id est, lapides ponere, in iudicio futuros, quod si quis eum agrum coluisset, malo letho periturus esset in insidijs eorum, qui scopulos posuissent. Quae res tantum timorem habet, vt ne agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui scopelismum fecerunt. Haec rem Praesides exequi solent grauius, vsque ad penam capitis, quia & ipsa res mortem comminatur.

Haec terminorum Religio. Quanta igitur Definitionis dignitas, quae ὄρος, Terminus, nominatur, & longè aliter, quae de pacti agrorum limites, res totius vniuersi distinguit, omnemque tollit permissionem. Anastasius Synaita in ἐπιτομῇ cap. 1. definitiones ὄρους appellari censet, quasi ὄρασις ἢ ὄρθαλμὸς παραμάτων ὑπαρχοντας, quod sint rerum visum & oculi.

Tertiò à Platone in Theaeteto cum Sole Definitio comparatur, quod non secus, ac clarissimum solis confusus humanae imbecillitatis tenebras discutiat, & magnum ad capessendas disciplinas conferat adiumentum.

De Definitione simplici, & Logica.

CAPVT XVI.

ET si definitionibus Logicis parcius vtuntur Oratores, qui non sicco illo, sed fuso quodam, & ad ipsi dicendi genere delectantur.

Definitio imago & characterisimus appellatur.

tur : debent tamen acurate definitionis tenere rationem, ne rerum ignari, si frustra, cum nihil opus est, luxurient in verbis. Est igitur definitio, ut ait Aristoteles, λόγος ὁ τὸ ἐκείνου σημαίνων, vel, ut ait Cicero 1. de orat. Rerū brevis & circumscripta quadam explicatio; vel, ut habet auctor ad Herennium, *Oratio, quæ rei alicuius proprias amplectitur potestates, breviter & absolute.* Partes eius sunt genus, & differentia, & quibus quasi anima & corpore consistit. Fit enim ut rem definiendi primum noticiam occurrant, & cum multis communia, quæ eam differentia, quasi proprio quodam vinculo complexus fuerit, tunc existit definitio, ut si hominem definire velis, primum occurrit animalis, hoc est, naturæ sentientis notio, mox propius consideranti, in rationis sinu, quasi in proprio essentia domicilio versari cognoscitur; Ex eo animal rationis particeps nominatur. Hæc integra Definitio. Sed quia proprias rerum differentias inuenire difficillimum est, per proprietates & accidentia, maxime apud oratores, Definitiones tradi solent.

Vitia definitionis.

Tria vulgò in rebus definiendis occurrunt vitiorum genera. Primum est, cum propter multitudinem verborum, nimium quam necesse sit, res extrahi videtur. In quo erravit Porphyrius, qui hominē definiuit λογικὸν ζῷον διηκρόν: nihil enim opus erat mentionem facere mortalitatis. Sed hæc ideirco dictionem subiunxit, ut distingueret ab angelis, qui tamē ζῷα λογικὰ propriè dici non possunt. Secundum est, cum ob paucitatem res non satis explicatur: ut si dicas, hereditas est pecunia, qua morte alicuius ad quempiam pervenit iure, non est satis, addendum, nec ea aut legata est testamento, aut possessione retenta. Tertium fit, cum genus, aut differentia commodè non est assignata.

Virtutes definitionis Arist. l. 5. Top. c. 5.

Contra, virtutes Definitionis sunt tres, ut sit dilucida brevis, & propria. Fiet autem dilucida, si vitentur ea, quibus obscuratur. Talia sunt primum homonyma. Idcirco hæc Definitionem non probat Aristoteles, ἐκείσε βῆτιν ἀγωγῆς οὐσίας. Generatio est, deductio ad substantiam. Secundò, metaphoræ; ut si quis Altricem pro Terra, aut pro Temperantia, Centenum vsurper.

Definitiones Platoni.

Tertiò, verba impropria & novata; quo nomine Aristoteles reprehendit Platonem, qui oculum, ἐρμηνίον, araneam οὐρανίου, medullam ἰσχυρίου definiuit.

Brevis erit, si nihil addatur superfluum; est autem illud superfluum, & redundans, quo sublato, id quod reliquum est, perspicuam facit rem definitam. Sic qui definit, hominem animal rationis particeps, disciplina capax, peccat redundantia verborum.

Propria fiet, si rem, cuius est definitio, lucidius exprimat; nec similis sit veterum pictorū imaginibus; qui si hominem aut leonem depinxissent, discerni haud facile poterant, nisi superscriptus esset titulus; Hic, homo est; hic, leo.

Ad summum index & veluti Lydius lapis Definitionis, is erit, si Definitionem ita cum eo, quod definitur, conuectas, ut ex Definitione res, & ex re Definitio consequatur.

Eius usus in argumentando triplex esse solet, ut notauit Cicero in Topicis; aut enim subiecti definitionem sumere licet, aut attribui; aut utriusque, ad definitionem explicandam. Quod enim Definitioni conuenit, aut non conuenit; conueniat idem necesse est; aut non conueniat rei quæ definitur: Ut si is qui dolet aliorum rebus prosperis, non sit sapiens, cum inuidus sit huiusmodi; cum sapientem non possis merito dicere. Cui autem Definitio tribuitur, vel detrahitur, eidem tribui vel detrahi necesse est, quod definitur: ut si Imperator est vir rerum militarium sciens, non potest Cicero non esse Imperator, qui magna rerum bellicarum peritia Parthos in Amanò monte debellauit. Si ars est, quæ cognitis penitusque perspectis, & in vnum exitum spectantibus, & nunquam fallentibus rebus continetur; nec eiusmodi rebus constat eloquentia, profectò eloquentia ars dici non potest.

Arist. l. 6. Top. c. 2.

Deinde, si Definitio Definitioni conueniat, aut non conueniat; definitum quoque definito conueniet, aut non conueniet. Ut si rectus animi habitus laude dignus est, cum talis sit virtus, sua laude carere non potest. Quod autem magis suscipit rei propositæ definitionem, id magis tale est: ut, si velle definitur, quod ad finem conducit, id quod magis conducet, utilius erit. Hæc & similia pertinent ad vulgata Logicorum axiomata, quæ licet apud Aristotelem in sexto Topicorum plenius indagare. Ego, quando ista tractandi ratio non est huius instituti, ab istis Logicorum exilibus argutijs, in planiorem Rhetorum campum transferam orationem.



De definitione per partes

CAPVT XVII.

Cicero de hac definitione oratorum agit 3. de orat. scilicet. 208. et in oratore 117. Definitio per partes duplex.

Lactant. l. 2. c. 5.

Quando intimas rerum formas, etiam obsecritate humanis ingenijs uacua uallauit, uarios definiendi modos coguntur indagare, ipsi plerumque Dialectici, sed Oratores, qui delectationem, & pompam querunt, non modò non coguntur, uerum lubentius, feciliusque in hoc genere versantur, quod uarijs definitionum generibus ostendam.

Primum occurrit, & illud quidem satis uisitatam, per partes constarum; cum uidelicet singulas partes amplexi rem describimus, quod duobus potissimum modis prestari solet. Primum, cum breuiter, & strictè res exprimitur, ut si domum, subtractionem ex tecto, fundamentis, & partibus definiam, tantum, spatium duodecim mensium, mensem, spatium triginta dierum.

Altero, cum ornatus, enucleatusque, ut in illustrioribus argumentis sæpè contingit, partes assignantur. Si quæras a Lactantio, quid sit sphaera Archimedis? Es concauum (dicit) uarijs circulis, Equatore, Zodiaco, coluris, tropicis, definitore confectum, quo similitudine mundi, ac figuram Archimedes machinatus est. In quo solem, ac lunam composuit, ut inæquales motus, & cælestibus similes conuersionibus, singulis quasi diebus efficerent, & non modò accessus solis, & recessus, uel incrementa, diminutionesque luna; uerum etiam stellarum, uel errantium, uel uagatum dispares cursus, orbis ille dum uertitur, exhiberet. In quo genere discretissimè luit Claudianus.

Iupiter in paruo cum cerneret aera uictor
Risit, & ad superos talia uerba dedit.
Nucisno mortali progressa potentia cura?
Iam motu in fragili luditur arte labor.
Iura poli, rerumq; fidem, legesq; Deorum,
Ecce Syracusius transiit arte sanex:
Inclisus uarijs famulatur spiritus astris,
Et uiuum certu motibus urget opus.
Percurrit proprium mentis us signifer annum,
Et simulata nouo Cynthia mensis redit.
Iamq; suum uoluens audax industria mundum.
Gaudet, & humana sidera mente regit.
Partes primarias expressit, Vitrum, Spiri-

tum, deinde Solem, Lunam, Stellas. Hæ Definitiones cum ita fusæ extiterint, descriptiones dicuntur. Et hæc est optima describendi ratio, in rebus maximè corporeis singulas partes enucleate prosequi.

De Definitione per causas.

CAPVT XVIII.

Secunda ratio definiendi, eaque ornatissima sit per causas, à quibus profluunt effecta: hæc enim per magis inter se cognationis uinculo continentur. Sic Aristoteles (de partibus animalium) iram definiuit, ebullitionem sanguinis circa cor, non quod hæc propriè sit iracundia, sed quod eo sanguinis ardore, huiusmodi exciteretur affectus. Hoc uouerat Homerus, cum Agamemnonis iracundiam describès, canit.

ἰρήνην ἔμπεδον ἀμυγδαλαίων
Περικλῆος δὲ οἱ θυμὸς ἀμπαυβανέ
βιητεῖν.

Aristot. 2. de animal.

Homar. Iliad. 2.

Et Claudianus.

Iram sanguinea regio sub pectore cordis
Proiegit, imbutam flammis, amidamque nocendi,
Præcipitem quo sui rabie succensa tumescit,
Contra hincur repissa manu, euenque omnia
Ierum.

Claud. p. negr. de 3. con. Rom.

Duce, ut, & requiem membru uesana negaret,
Inuenit puluionu open, mandidumq; fluentis
Præbuit, ut tumida ruerent in mollia fibra.

Cum autem quatuor sint rerum causæ, rariùs per formas internas, quia latent; nec sæpè per finem, quia minus rei imaginem exprimit; sæpiùs per materiam, per causam efficientem sæpissimè, definiunt oratores, quod ita plenior rei, quam definiunt, cognitionem mentibus ingenerent, cum præsertim simile producat sibi simile, magnumque sit inter causas efficientes, & effecta commercium. Quamobrem Æschylus in Prometheo, ubi horribiles illos Ætææ tumultuantis æstus expressit, subiicit causam quanquam fabulosè, ut Poëta:

Τέτοιο

De definitione per effecta.

CAPVT XIX.

Tertius definiendi modus ad oratorias definitiones, & amplificationes aptissimus fit per effecta, estque apud quosque eloquentie aucthores frequentissimus: præter multa, quæ ex Cicerone passim in amplificatione notavi, proferam vnum ex D. Ambrosio locum artificiosissime expressum. (Ebrietas fomentum libidinis, ebrietas incitium insaniz, ebrietas venenum sapientiz. Hæc sensus hominum mutat, & formas, per hæc fiunt ex hominibus equi adhiuientes. Siquidem naturali vapore corporis calidi, & præter naturam vini calore inflammati, cohibere se non queunt; & in bestiales libidines excitantur, ut nullum tempus præscriptum habeant, quod doceat indulgere concubitu. Vocem amittunt, colore variantur, oculis ignescunt, ore anhelant, fremunt naribus, in furore ardescunt, sensu excidunt. Hinc phrenesis periculosa, hinc calculi gratis poena, hinc exitialis cruditas, hinc vomitus frequens, semefas epulas cum internorum viscerum cruore fundentium. Hinc etiam vanæ imagines, incerti visus, instabilis gressus, umbras sæpè transiliunt sicut foueas. Nutat his cum facie terra, subitè erigi, & inclinari videtur, & quasi vertatur, timentes in faciem ruit, & solum manibus apprehendunt, aut concurrentibus montibus sibi videntur includi. Murmur in auribus, tanquam maris fluctuantis fragor, & resonantia fluctu littora. Canes si videt in leones arbitrantur, & fugiunt. Alij risu solvantur incondito, Alij inconsolabili more deplorant, alij cernunt irrationabiles pavores. Vigilantes somniant, dormientes litigant. Vita his somnium est, somnus his mors est.) Hæc est definitio, siue descriptio per effecta, cuius imitatio, latum ut vides, dicendum suggerit. Prouidendum tamen ne nimis leues effectorum minutiz disquirantur. Deinde, ut quæ in longa descriptione afferantur, ordinem inter se, & decoras ab uno ad alterum transitiones habeant.

Eschil. in Prometheus.

Τοῖον δὲ Τυφὸν ἐξαναζήσει χθλὸν
Θεῖμοις ἀπλῆσιν ἄλλοσι πυρπύρον ἄλλοις.
Hanc autem Typhon ebulliens excusat iram,
Ferventibus talis immensa & flammis nota tempestas.

Seneca in Oedipo.

Atque in eo longè prudentius Seneca, quàm Sophocles, qui in Oedipo, terram illam grassantis pestis stragem. descriprurus, incipit:
Iam nocte pulsa dubius effulsit, dies,
Et nubi mæstum squalida exoritur imbrax,
Lamenq; flamma tristes luciferæ gerens.
At ille inter tot miserandos effectus, quos describit:

Sophoc. in Oedipo.

Ἡ δὲ σαλευθὴ καὶ νακίφισα κάρη
Βοῶν ἐστ' οὐχ οἷά τ' εἰς φοινίξ σάλα.
Θήνισσα μὲν κάλυξιν ἐκάρποις χθονός,
Θθίνισσα τ' ἀγέλας βενόμοις, τοκισί-
τε
Λυόντις γυναικῶν &c.
Ubi (inquit) fluctu quassatur, nec lenaxa
Ex profundis caput uales, ex cruenta tempestat:
Interierunt enim iam frugiferi folliculi terra,
Interijt soboles armeniorum, vna cum immatura

Et idem mulierum.
Causam verò superiorem pestis non exprimit: quod scitè non omisit Virgilius, & necid:
Corrupto cæli tractu, miserandaque venis
Arboribusque sariisque lites, & leuifera annua.
Linquebant dulces animas, aut agria trahébant
Corpora: Tunc steriles exurere Sirus agros;
Ardebant herba, & viclum seges agræ negabat.

Neque verò tantum vna causa, sed plures ad vim maiorem & amplificationem commemorari solent: ut si in ira, non tantum ardor, & ebullitio sanguinis, sed priores etiam causæ prodantur, ut obliuio beneficiorum, contemptus minor inuiciz, & cetera eiusmodi.

Hæc similitudine du-
sta à mari
præclariss-
me vititur
Clemens
Alexandr.
pad. l. 2. p. 1.
ebrietas
seducta
si cetera
nomina.

De definitione per Accidentia.

CAPVT XX.

Cic. 1. de legibus n. 21. Quattum definitionis genus sit per accidentia, priori haud multum dissimile, nisi quod magis vagum est, diffusum, & sine respectu ad causam. Ita describitur homo, *Animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilij.* Ita definitur fama, *velox malum,* à Virgilio, & Tertulliano in apologetico c. 7. Natura fame omnibus nota est, vtrum est fama malum, quo non velocius vllum? cur malum fama? quia velox? an quia plurimum mendax, quæ nec tunc quidem cum aliquid veri affert, sine mendacij vitio est; detrahens, adijciens, demerans de veritate? Quid quod ea illi conditio est, vt non nisi cum mentitur, perseueret; & tamdiu viuat, quandiu non probat? Si quidem vbi probauit, cessat esse, & quasi officio nunciandi functa, rem tradit: & exinde res tenetur, res nominatur.

Plut. in Trinummo, in Trinummo:

Blandiosus, haryago, mendax, cuppes, auarus

Elegans, disfoliator, lasetricolarum hominum corruptor,

Blandus, mops, celasi indagator, nam qui ab eo quod amat

Quam extemplo saviis sagittis percussus est, illico res foras

Labisur, liquitur, da mihi hoc, mel meum, si me amas, sodes, &c.

Mosch. Anabol. lib. 1. ep. 88.

quibus blandi illius & vesani monstri proprietates exprimuntur. Quod Moschus etiam poeta disertius est prolequutus in descriptione Cupidinis.

Χρῶτα δὲ οὐ λευκός, πυρὴ δὲ εἰκελῶ, δμματα δὲ αὐτῆ

Δριμύλα, καὶ φλογόντα, καὶ καὶ φρένες, ἀδὲ ἄδλημα,

Οὐ γὰρ ἴσον νοίει καὶ φθέγγεται, ὡς μέλι φωνά·

Ἦν δὲ χαλᾶ, νέκυϊσιν ἀνήμερῶ· ἠπτεροπυτάς,

Οὐδὲν ἄλα φέουαν, δόλιον βρέφος, ἀγρία παύσδει.

Ἐπιλόχμον δὲ κάρλων ἔχει, ἰταμόν δὲ πρόσσασπον·

Μοκκύλα μὲν τήν τε χερύδρια, μακρὰ δὲ βάλλει,

Βάλλει δὲ εἰς Ἀχέροντα, καὶ εἰς Ἀΐδα βασιλῆα.

Sic mare dicitur à D. Ambrosio hospitium fluuiorum, fons imbrum, deriuatio alluuiorum, inuentio comœtuum, quo sibi distantes populi copulantur, quo prætorum remouentur pericula, quo barbaricus furor clauditur, subbidium in necessitatibus, refugium in periculis, gratia in voluptatibus, salubritas valetudinis, separatorum coniunctio, itineris compendium, transfugium laborantium, subsidium vestigalium, sterilitatis alimentum. Hexam. lib. 3. c. 5. In hoc genere sunt definitiones secundi. Mundus est æternus circuitus, spectabilis suppellex, multiformis firmatio, æternus tenor; anfractus sine errore Sol cæli oculus, diei ornatus, distributor horarum, splendor sine occasu. Luna. Cæli purpura, Solis æmula, solamen iter agentium, directio nauigantium, larga rotis, prælagium tempestarum. Terra, basis cæli, medullium mundi, fructuum mater & custos, operculum inferiorum; nascentium genitrix, nutrix viuentium, vitæ cellarium. Homo, Mens in carne, spectrum temporis, speculator vitæ, mancipium mortis, transiens viator, anima laboriosa; Mulier insaturabilis bellua, homini perniciosa, continua sollicitudo, pugna nunquam desinens, continentia naufragium. Paupertas, bonum odiosum, sanitatis mater, curatum exilium, repetrix sapientia, negotium sine damno, possessio absque calumnia, sine sollicitudine felicitas. Senectus, mors viuentium; Verbum, proditor animi; Oculi, duces corporis, vasa luminis, indices animi.

De Definitione per similitudinem.

CAPVT XXI.

Definitionem per similia nonnulli proterus reiiciunt, quod longe ab omni probandi ratione disiunctam esse putent. Vel enim (inquiunt) qui rem per similitudines describit, ipsius naturam nouit, vel ignorat. Si nouit, quanto melius est rei naturam expromere, quam vanas imagines & umbras confectari? Si

Definitio per similitudinem non est insensu.

Si vero nescius est, quo pacto sinceram imaginem subijciat oculis, eius ipsius quod minime dignoscere potuit? Sed has argutias ratio & usus doctissimorum hominum refellit, qui plurimum non modo ad delectandum sed etiam ad persuadendum in definitionibus, per similitudinem esse subsidij. Rei etenim cognitionem confusam, veluti quibusdam radijs vestunt, & suavius in animos mentemque intram perlaborant. Quod si ea esset humani ingenij felicitas, ut vel latentis quasque rerum naturas cognosceret, tamen non inutilis esset definitio, quandoquidem & expressis vultuum, quos viuos intueri licet, effigies in picturis, (tanta est similitudinis illecebra) diligimus, & miramur.

Vide Cicero in Topicis lib. 2.

Vide Chrysostomus in hom. 2. 4.

Erit igitur huius definitionis usus, ubi non quid res sit, exiliter & enucleate queritur, sed ubi iam nota exquisitis similitudinum ornamentis est decoranda. Parum est si dicas, mens irati, mens est inquieta, & tumultuosa. Hoc ornatus, si cum D. Chrysostomo eloquaris: Mens irati, forum est plenum tumultu, ubi multus est euntium & redeuntium clamor, camelorum ac asinorum fremitus, argentariorum & arariorum utrinque eudentium strepitus. Contra mens tranquilla, & mitis, vertex est quiescentis montis, qui elementiorum caeli auram nactus est, puros solis radios, limpidas fontium scaturigines, multasque florum amaranthes; & ista quantam habent dignitatem?

D. Chrysostomus in Homil. in venerabile & vniuersum crucem.

Σταυρός Χριστιανῶν ἐλπίς, σταυρός τυφλῶν ὀδηγός, σταυρός ἀσπλαγχνῶν ἐλεητής, σταυρός ὀφθαλμῶν ἀνομιῶν ἰατρὸς, σταυρός ἀδικῶν ἐκδικητής, σταυρός πλυσίων χαλκός, σταυρός ὑπεργράνων ἀντιπαιγμά, σταυρός δακρυόντων ἐλευθερία, σταυρός βαρβάρων φιλανθρωπία, σταυρός βασιλέων μεγαλοπρέπεια, σταυρός ἀνέμων νόμος, σταυρός οὐρανῶν ἀσφάλεια, σταυρός ὀπτιῶν ἀγαθὰ μαχητόν, σταυρός εἰδωλῶν κηρύττης, σταυρός βωμῶν ἀναβολή, σταυρός κνίσσης ἀφανισμός, σταυρός Ἑλλήνων γνῶσις, σταυρός ἐθνῶν σωτηρία, σταυρός πολεμικῶν βοηθία, σταυρός χειμαζομένων εὐδελιμή, σταυρός πλεόντων κυβερνήτης, σταυρός ὀρφανῶν πατήρ, σταυρός ἀγγέλων ὑμολογία, σταυρός διαβολῶν πῦρ, σταυρός δαιμόνων δεξιότης, quae omnia intellectu facilia sunt.

Vides quae in hac definitione diuitiae, quot

conglobatae similitudines? Differunt autem a similitudine, quod in similitudine res dicatur per imaginem, & comparisonem: hic sine comparisonem affirmetur. Consuetum est autem SS. Patribus ita definire in *usu*, ut, ambitio est futile malum, secretum virus, doli artifex, mater hypocrisis, liuoris parens, vitiorum origo, tinea sanctitatis.

Bern. de consil. l. 3.

De Definitione per Negationem.

CAPVT XXII.

Ultimum genus definitionis fit per negationem, ubi orator exprimendo quid res non sit, auditoribus colligendum relinquit quid sit. Ut quid sit libertas queris? nulli res seruire, nulli necessitati, nullis casibus. Seneca ad Lucilium. Est illud vtilissimum in diuinis definitionibus: & disertissimè expressit Maximus Tyrius, pulchrum Deum dicam, & pulcherrimum omnium pulcherrimum. Haud quidem pulchrum corpus, sed vnde pulchritudo in corpora emanat, neque etiam pulchrum pratum, sed vnde, & prata, & amnes, & mare, caelum ipsum, caelestesque Dij pulchritudinem decerpunt. Inde enim pulchritudo omnis, tantquam ex perenni, purissimoque fonte, ad nos usque perlabitur, tantumque, aut fortitudinis, aut firmitatis, aut salutis rebus in singulis, quantum ab eo fonte resperguntur. Ex quo si nihil hauriant, continuo turpes, dissolutae, corruptaeque tabescunt. Hoc tibi si satis est, Deum inspexisti. Sin minus, quae non alia poterunt eiusdem naturae interpretationem proferre? Fac in eo, nec magnitudinem, nec colorem, nec figuram aliquam cogites, non aliud praeterea quicquam, quod materia pati consuevit. Ex quo fit etiam, ut ea diuinæ naturae praesentia suarum tenebrarum latibulo inclusa, ratione nostri (Non) aut (nihil) appelletur, ut nonnulli philosophantur in hunc Exodi locum. Estne Dominus in nobis?

Maximus Tyrius in orat. de Deo.

Deus יי אלהים

Neque vero tantum his negationibus, sed casto plerumque silentio vtuntur oratores, tanta Dei maiestate percussi: & praclare ubi nos psalm. 67. legimus. Te decet hymnus Deus in Sion. Verba Davidis Hebraica sonant Tibi silentium iam Deus in Sion כחיון אלהים תהיה תהיה לך דמיון לך quod silentium.

X



UNIVERSITÄTS- BIBLIOTHEK PADERBORN

Silentium efficacissimum est. vnde Moyses (vt notat Zoar. in 14. Exod.) licet corde orare, dicitur clamare, quia silentio tam grandi nihil vehementius.

νεκρῶν ἀνάστασι, χαλῶν βακτηρία, βασιλευσ μαγελοσπερεια, μοναζόντων δαρο, γυμνη τευόντων σκεπη.

De modo amplificanda definitionis.

Ac primum de amplificacione per synonymiam.

CAVTV XXIII

EX his varios amplificandæ definitionis locos est colligere: Addo & illam, quæ per figuras fieri solet amplificatonem, cuius primus modus est Synonymia, quæ in definitionibus per similitudinem vtitissima est, & cum Anonomasia, seu pronunciarione percommodè temperatur. Tale est illud Cicero nis pro Milone, vbi curiam describit templum sanctitatis, amplitudinis, meatus, consilij publici, caput vrbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab vniuerso populo Romano concessam vni ordini. Habet hæc definitio ornatum, & pompam, estque ad amplificaciones nata, & à SS. PP. persæpè vsurpata.

Cicero pro Milone.

SS. Patres hoc definiti in di genere vsq.

Ita plerunque definit D. Chrysostr. vt in illis quæ iam protuli, & in istis in quibus crux ab eo describitur. Totius beatitudinis causa, discordiæ amputatio, Pacis firmamentum, Bonorum omnium copiosa largitio, Salutis indicium, Sol iustitiæ, Spes Christianorum, Resurrectio mortuorum, Cæcorum dux, Desperatorum via, Claudorum baculus, Consolatio pauperum, Frænum diuitum, Euerio superborum, Triumphus aduersus daemones, Adolescentum Pædagogus, Nauigantium gubernatrix, Periclitantium portus, Obsessorum murus, Parens orphanorum, Tutrix viduarum, Libertas seruorum, Regum magnificentia, Philosophia Imperatorum, Ecclesiæ fundamentum, Orbis terræ tutela, Cornu Ecclesiæ, Christianorum gladius, Sanctionis documentum, Summa honorum omnium.

S. Ephrem hoc in Cruce.

Hæc ex diuersis homilijs in Cruce. Non dissimilia habet sanctus Ephrem, σαυρος, νεκροισιν ὄπλον τῷ βασιλεὺς Χριστῷ, Χριστιανῶν ἑλπίς,

Eodem laudationis genere, frequenter in B. Virginem vsi sunt SS. Patres, vt D. Laurentius Iustinianus Protopatriarcha Venerus. Maria est porta cæli, paradisi ianua, stella maris, solatium mundi, peccanti refugium, naufraganti portus, auxilium periclitanti, erranti via, desperanti salus, mundi interuentrix, interemptrix peccati, diaboli terrore, & spiritualibus nequitijs pauor, Ipsa est tabernaculum testamenti, arca fœderis, templi propitiatorij, thronus Dei, virga florida, nubecula leuis, hortus conclusus, signatus fons, porta clausa, columba immaculata, rosa redolens, lilium candens, flos nitens, virgula fumans, oliua virens, vitis fructificans, cupressus se atollens, palma frondens, terebinthus se expandens, cæpus germinans, terra pullulans. Est etiam ipsa gloriosa aurora surgens, lucifer rutilans, luna pulchrior, sole splendidior, auro purior, gemmis pretiosior, balsamo suauior, margaritis carrior, ne state dulcior, omni harmonia delectabilior. Etiam neruosius aliquanto quam plerique Latinorum, Methodius; à quo Deipara nuncupatur, ἡ περιχαρὴ τῷ ἀπειρηχάτῃ, ἡ ῥίζα τῷ ὄρωσάτῃ ἄνδρα, ἡ μήτηρ τῷ πλάσαντῷ, ἡ τειδὴ τῷ βέροντῷ, ἡ περιχλὴ τῷ περιέχοντῷ, ἡ φέρουσα τὸ φέροντα ῥήματι τὰ πάντα, ἡ πόλις τῆς ἐν σαρκὶ ἀνατολῆς τῷ δευσι, ἡ λαβὴς τῷ καρπῷ, ὁ βραχὺς κόλπος τῷ πάντων κόλπῳ, ὁ πῶκος τῆς ἀρχαλήπῃ δρόσῳ, ὁ τῆς ἐπιθυμίας δαυὶδ ζαοδοκῷ, λακκῷ τῆς βηθλέμ ἀφ' οὗ πῦμα ἀθανασίας ἐβλήσθη, τὸ ἰλάσθηριον θεοῦ δεῖς ἐγνήσθη ἀνδράποισ ἀνδραπόμορφο, τὸ ἀσπίθον ἐνδυμα ἀναβαλλομὲν φῶς ὡς ἰμάτιον, ἡ δαεισασα τῷ θεῷ τῷ ἀννδεῖ σάρκα ἢν περ σὸκ εἰχει ὑπόχρεον ἐχθα τῷ πάντων δαιωνῶν, δεπανσημνιόευσ, παναγιότατον ἔξ ἀξίαρασον τῷ θεῷ ἐν ἰμάτιμα.

D. Laurentius Iustinianus de casto conuubio c. 10. De nuntio B. Virginis per synonymiam.

Methodius Martyr, & Episcopus Praclarus B. Mariae.

Maria est incircumscripti circumscriptio, speciosissimi floris radix, Creatoris mater, nutrix omnia nutricentis, omnia continetis complexio, gestatrix eius, qui verbo portat vniuersa. Hæc est per quam carnem ingressus est Deus, Purificans carbonis forceps.

Petrus

preangustus illius sinus qui sinu suo omnia complectitur: in comprehensibilis totis vellus: Bethleemica cisterna, quam velut vitæ refo- cillatricem David desideravit, & ex qua im- mortalitatis poculum immortalibus emana- vit: propitiatorium per quod Deus humanam naturam indutus, mortalibus innotuit, im- pollutum illius indumentum, qui lucis vesti- mento circumfunditur; Deo nullius rei iudi- go carnem mutuata, quam ipse non habe- bat.

Atque, ut hæc definitio ad laudandum, sic etiam ad vituperandum valet, & crebro in eod- em genere usurpatur: Sic Basilus definit van- nam gloriam: γλυκὴν σκελευτὴν τῷ πνεύματι· κῆρ πλῆθὺ, τὸ ἴδιον τῶν ἡμετέρων ψυχῶν πολέ- μιον, τὸ πάντα τῶν ἀρετῶν, τὸ μετ' ἡδονῆς τὰ ἡμέ- τερα καλὰ ληστῆριον, τὸ μέγα χρέος αὐτῶν τῆς αἰετῆς ἀπάτης δολητήριον, καὶ τὰς διαβολαίαις τῶν ἀνδρῶν τὴν ὀλεθρίαν ὀρέγοντα κέλιον. Blandum prædonem opulentia spiritualis, suavem animorum hostem, vermem virtutum, honesta quæque opera cum voluptate depræ- dantem, quæ lethale fraudis poculum melle il- linit, & mentibus hominum fatalem porrigit calicem.

Quò autem sit securior huius definitionis usus, quatuor notanda sunt: Primum, ne nimis longus tractus continetur: qui affectationem habet, & frigidis plerunque metaphoris est obnoxius: Secundum, ut quando ex transla- tionibus hæc definitiones constant, non sint duræ, morosæ, putidæ, violenter accersitæ: Tertium, ut quæ copulantur, affinitatem quã- dam & cognationem habeant, neve desulto- ricè in dissimillima quæque raptim incurra- ramus: Quatum, ut lectissima, quoad fieri possit, ad has exornationes afferantur, eaquæ distributionibus & antithetis, ut ex superio- ribus exemplis patuit, variantur.

De Amplificatione per Definitionem mixtam.

CAPVT XXIV.

Magnam vim habent ad amplificationem huius loci mixtæ definitiones, quales sunt quæ primum per negationem fiunt, dein-

de per assertionem, tertio per contrariorum oppositionem: Ostendo exemplo: Cicero in Pifo- Pisonem, verum Consulem descripturus, quò 2. 23. Pi- sonem hoc nomine indignissimum convin- sum orat- cat, primum ostendit, quid non sit Consul: de- torium defi- inde quid sit ad summum pugnantium confi- niendi ge- ctum facit admodum ornate, sic: (Quid? tu in nus ex Ca- listoribus, in toga, & prætexta esse consula cerane, tum putas? quæ ornamenta etiam in Sexto Clodio te Consule esse voluisti. Huius tu Clodiani canis insignibus consulatum decla- rari putas?) En quid non sit Consulatus: non est toga, prætexta, fasces, & c: lam accipe, quid sit: (Animo consulem esse oportet, consilio, fi- de, gravitate, vigilantia, cura, toto denique manere Consulatus.) Hæc descriptio Consu- lis ab adiunctis.

Tum ingerit pugnam contrariorum. (Ego Consulem esse putem, qui Senatum esse in re- publ. non putavit: & sine eo consilio Consu- lem numerem, sine quo Romæ ne Reges qui- dem esse poterunt,) & cætera, quæ ille in re- bus gestis Pisonis Consuldis dignitati omninò contraria enumerat. Tandem concludit acriter, & nervosè: [Qui latrones igitur? si quidẽ vos Consules? qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Hæc est artificiosissima definitio, & præclarum imi- tationis exemplar.

De Amplificatione per Contentionem ironicam.

CAPVT XXV.

Alius est amplificandi modus per Contentionem ironicam; cum res ironicè secundū adversariorum mentem definitur ab Oratore: deinde remoto loco, graviter & ornate descri- bitur. Tale est illud Ciceronis pro domo sua ad Pontifices. An tu P. R. esse putas illum qui constat ex ijs qui mercede conducuntur, qui impelluntur ut vim afferant magistratibus, ut obædeant Senatui, optent quotidie eadem, incendia, rapinas: & sic quis exclamat, O spe- ciem dignitatemque P. Romani quam Reges, quam nationes exteræ, quam gentes ultimæ pertimescant, multitudinem hominum ex ser- vis conductis, facti, orosis, ex egentibus con- gregatam?)

Mox seriò definit: (Ille, ille populus est dominus Regum, victor atque Imperator om- nium

nium gentium, quem illo clarissimo die, scelerate, vidisti, tum cum omnes Principes civitatis, omnes ordium, atque ætatum civium, se non de civis, sed de civitatis salute ferre ceñebant.) Huiusmodi definitiones planè graves, & oratoriæ sunt.

De confirmatione definitionis.

CAPVT XXVI.

Arist. top.
l. 7. c. 5.
καὶ τὸν ἑστῶ-
σαν ὄρον ἀ-
ναμύναται.

Diogen.
Laert. 111.
Diogen.

Tertull. in
Apol. c. 1.

Cic. l. 1. de
natura
Deorum.

VT definitionem suis partibus absolutam facere satis operosum est; sic inuolidam refellere facillimum. Vbi enim aliquid improprium, commune, metaphoricum est assignatum, illud statim aduersarijs magnam suggerit ansam cauillationis. Definierat semel Plato hominem animal implume, bipes: Diogenes Cynicus homo dicax, & Academicorum irrisor, gallura deplumem, & nudum in mediam Platonis scholam proijciens, *En homo* (inquit) *Platonium*; sic misicæ plerumque ludunt oratores, vbi inanes, & mancas aduersariorum definitiones refellunt, & definitis non conuenire, imò contraria prorsus accommodari posse ostendunt. Sic Tertull. in Apologetico, *Quid hoc mali est, quod naturam mali non habet: timor est, pudorem, terrorem, satisfactionem, poenitentiam, deplorationem.* Quid hoc mali est, cuius reus gaudet: cuius accusatio uotum est, & poena felicitas: non potes dementiam dicere, qui reuincere ignorare. Sic Velleius apud Ciceronem lib. 1. de natura Deorum contra Stoicos, qui mundum animantem, immortalem, beatum, & rotundum dicebant, agit cauillatione. *Nunc autem habemus* (inquit) *admirabor eorum tarditatem, qui animantem immortalem, & eundem beatum, & rotundum esse velint, quod ea forma nullam neget esse pulchriorem Plato. At mihi vel cylindri, vel quadrati, vel conii, vel pyramidis videtur esse formosior. Quæ uero uita attribuitur isti rotundo Deo? nempe ea celeritate contorqueatur, cui par nulla cogitari quidem possit in qua non uideo, ubinam mens constans, & uita beata possit insistere, quodque in nostro corpore, si minima ex parte significetur, molestum sit: cur hoc idem non habeatur molestum in Deo? Terra enim profectò quoniam pars mundi est, pars est etiam Dei. Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles, atque incultas uidemus, quod pars eorum appulsu solis exarsit, pars obriguerit nunc, primumque, longinquo solis accessu,*

quæ, si mandus est Deus, quoniam partes mundi sunt, Dei membra, partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt. Vides quam latus pateat in istis confutationibus campus, ubi profertim aliquid absurdi est ab aduersarijs prolatum: Continuo orator sua dexteritate nullam faciet de Minerua. Et hæc in confutatione totius corporis.

Alias vnum membrum reprehenditur, si quid dictum laxius, & quid strictius conclusum, ut ex definitionis uitijs est colligere, si plenè reprehendi non potest; uellicatur, distorquetur, durius accipitur.

Sic malignè Cæcilium, quæ de Dei scientia, & prouidentia dicuntur à Christianis, interpretatur Deum (inquit) illum suum, quem nec ostendere possunt, nec uidere, in omnium mores, actus omnium, uerba denique, & occultas cogitationes diligenter inquirere, discurrerentem scilicet, atque ubique præsentem: Molestum illum uolunt, inquietum (uides enim in Deo, nihil cum huiusmodi dictum in Dei definitione) impudenter etiam curiosum: Si quidem astat factis omnibus, locis omnibus intererat: cum nec singulis inseruire possit per uniuersa districtus, nec uniuersis sufficere in singulis occupatus.

Ad cauendas istas illusiones in contentiosis orationibus, ut quæ pugnae sunt, & bellorum, argendum sic cè, concludendum strictè, colligendum acutè: abstinendum si in illis, & metaphoricis, ad summum oportet.

Τὰ σῶμα οὐκ ἔστιν, τὴν σκάρην σκάρην λέγειν.

De partium enumeratione, Locis dignitas, & definitio.

CAPVT XXVII.

EA demum est diuinæ naturæ perfectio, ut nullius rei indiga, nulla quoque partium congerie ad suæ integritatis absolutam rationem conerescere possit. At cætera rerum creaturarum genera, ut ab hac simplicitate longè dista sunt, atque remota, sic etiam diuersarum partium nexibus coalescunt, quarum spectata in singulis cognitio, nos ad totius notitiam facili quodam itinere conducit. Quamobrem inter locos, partium enumeratio plurimum obtinet splendoris, ut quæ non modò ad rem dignos-

Vide Cic. in
part. 3. ter-
tio de orat.
sect. 19. &
si in Bruto
214.

Partium e-
numeratio
economica
sermonis.

dignoscendam, sed etiam vberiori stylo per-
texendam, non mediocriter conferat adimen-
tum. Est autem rei in singulas partes, apta que-
dam distributio. Partes apud Ciceronem (ne
ad Logicorum testimonia recurramus) duo-
bus modis intelliguntur. Sunt enim partes to-
tius quod in se eadem partes complectitur, ut
corpus, humeros, brachia, thoracem; sunt &
partes generis, quas genus sub se continet, alio-
modo species, & forma nominantur, & pru-
dentia, iustitia, fortitudo, ratio virtutis. Vel
si maius, alia partes sunt essentia, alia sunt in-
tegrantes, & accedunt magis ad decus totius,
quam ad compositionem. Ex hac distinctio-
ne partium in tractandis rebus dignitas, & decus
tunc quod maxime est in oratione mo-
menti, claritas affusa confurgit, ut hunc locum
iure totius sermonis economiam possis ap-
pellare. Ac quemadmodum in confuso cor-
pore, ubi (quod aiunt) neque pes, neque caput,
omnia se de permixta, & monstrosa sunt: Sic
etiam ubi nulla ab oratore instituitur concin-
na partium distributio, fluctuare, & immensis
quibusdam tenebris circumfundi orationem
necesse est. Hoc in maiori mundo, hoc etiam
in minori Dei conditoris sapientia solertissi-
me providit, in quibus tanta, tam varia, tam
prudens singularum partium distributio, non
modo ad suas cuique functiones eximiam fa-
cilitatem, sed decus præterea, atque elegan-
tiam impertitur.

Divisio huius loci secundum rem, & varia gene-
ra enumerationis.

CAPVT XXVIII

Quanta est partium diuersitas, tanta quoque
confurgit loci varietas. Ut igitur partium,
alia sunt essentia: quæ genera, species diffe-
rentiaque spectant. Alia accedunt, quæ ad
proprium, accedensque Logicorum referun-
tur. Sic diuersa quoque, & in quinque partes
ad summum distributa nascuntur argumenta,
quæ inter se, & dignitate differunt, & rubore.

Præstantiora enim sunt, & validiora, quæ
essentiam spectant, quam quæ extrinseca tan-
tum, & adsciticia sunt. Essentialis hæc est parti-
um enumeratio, sumpta a partibus generis. Sed
omne, quod honestum est, id quatuor partium eritur
ax aliqua. Aut enim in perspicuitate veri, soler-

Cicero l. 1.
offic.

tiæque versatur: Aut in hominum societate
tuenda, tribuendoque suum cuique, & rerum
contractarum fide: Aut in animi excelsi, atque
inuiti magnitudine, ac robore: Aut in omni-
um, quæ sunt, quæque dicuntur ordine, &
modo: in quo inest modestia, & temperantia.
Ex quo ita liceat concludere, si virtus est, aut
prudentia est, aut iustitia, aut fortitudo, aut
temperantia. Alia sumitur à partibus intrinse-
cis, & essentiam rei componentibus, quales
sunt in homine corpus, & anima rationis par-
ticeps, ex quo rectè inferas eum non esse ho-
minem, qui sine corpore, siue anima fuerit de-
stitutus. Et hæc quidem argumenta robustissi-
mè conuincunt. Alia quæ appositas com-
plectuntur potestates, & accidentia, minus
quidem habent ponderis, valent tamen ad or-
natam amplificationem, orationisque circum-
ductam amplitudinem, tum coniuncta vim
obtinent, quæque magis propria sunt illius
rei, cui tribuuntur, eo difficilius eleuantur. Ad
hoc genus pertinent, quæ habet Arnobius lib.
3. aduersus gentes.

Arnob. l. 3.

(Sed ut enim ad vsus certos manus, pedes,
oculi, cæteraque constructio membrorum
sua quæque in officia constituta est: Ita con-
uenit credere in sui muneris functionem has
esse partes comparatas: aut confidendum est
in Deorum corporibus esse aliquid vacuum,
quod sit frustra, & inaniter fabricatum. Quid
dicitis o sancti, atque impolluti Pontifices re-
ligionum: Habent ergo Diis sexus, & genitali-
um membrorum circumferunt foeditates, quas ex
oribus verecundis infame est suis appellatio-
nibus promere.) Ita irridet Ethnicos, qui cor-
poream faciunt diuinitatem, singulas corpo-
rum partes colligens, etiam viles, & oble-
nas, ut hanc corporis fabricam à diuina natu-
ra alienam esse ostendat.

Divisio secundum modum & varia argu-
mentationum ab enume-
ratione partium
genera.

CAPVT XXIX.

Hæc prima enumerationis partium di-
uisio secundum rem, alia secundum rei
modum confurgit; & ea triplex est. Vna cum
X 3 affir-

affirmatis omnibus partibus, affirmatur totum. Altera cum negatis omnibus partibus, negatur totum. Tertia cum secundis cæteris partibus, vna relinquatur; quæ affirmatur, aut negatur. Exemplis illustriora fient omnia. Contendit probare M. Tullius, Pompeium summum esse Imperatorem, id per omnes, & singulas optimi Imperatoris virtutes, filium orationis longius extendens, sic confirmat. (Ego enim sic existimo in summo Imperatore, quatuor has res inesse oportere, scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Pergit, & omnia enitere in suo Pompeio fufius ostendit.) Quis igitur hoc homine scientior vquam esse debuit? qui è ludo, atque puerinæ disciplina, bello maximo, atque acerrimis hostibus, ad patris exercitum, atque in militiæ disciplinam profectus est? &cæt. Deinde de eius iustitia. (Cuius legiones sic in Asiam peruenierunt, vt non modò manus tanti exercitus, sed ne vestigium quidem cuiquam pacato nocuisse dicatur? Et de temperantia. Non auaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam reuocauit, non libido ad voluptatem, non amonitas ad delectationem, non nobilitas vrbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. Et, de austeritate. (Quod igitur nomen vquam in orbe terrarum clarius fuit? &cæt.) Postremo de felicitate: Vt eius semper voluntatibus, non modò ciues assenserint, socij obtemperant, hostes obediunt, sed etiam venti, tempestatesque obsecundant.) Sic Minutius probat mundum aliquando interitum à partium collectione. Omnia quæ orta sunt occidere, quæ facta sunt interire: Cælum quoque cum omnibus, quæ cælo continentur, ita vt cæpisset deünctæ, fontium dulci aqua, marisve nutriti, in vim ignis abiturum Stoicis constans opinio est: quod consumpto humore mundus hic omnis igaescat. Et Epicureis de elementorum conflagratione, & mundi ruina eadem ipsa sententia est.

Negatis omnibus partibus, negatur totum. Sic cælum non est ignis, ær, aqua, terra. Igitur non est elementum. Ad hunc locum collineat Martialis epigramma.

Mar. l. 7. Si quid opus fuerit, scis me non esse rogandum,
Sic nobis dicis, Baccara, torques die.
Appellat rigida tristis me voce Secundus,
Audi, sed nescis, Baccara, quid sis opus.
Ronsio te coram petitur, clareque palamq,
Audi, sed nescis, Baccara, quid sis opus.

Esse queror, gelidaque mihi, trivisaque lacerna,
Audi, sed nescis, Baccara, quid sis opus.
Hoc opus est, subito fias vt siders meus,
Dicero ne possis, Baccara, quid sis opus.

Sic argumentatur. Neque pecuniam ad dissolucndam res alienum, neque pensionem, neque victum, neque vestes, neque cætera id genus tanta sermonis affabilitate promissa largiris; nihil igitur eorum, quæ ad vitam sustentandam sunt, necessaria impendis.

Reiectis, & successis cæteris partibus affirmatur vna, sic Mulier, aut amat aut odit, nihil est tertium, non amat, igitur oderit necesse est. Hic duo tantum membra sunt, & reiecto vno, alterum assumitur. Alias plura ingeruntur, vt Philipp. 2. Quid putem, contemptum me non video, nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mediocritate ingenij, quid despiciere possit Antonius. An in Senatu facillimè de me detrahi posse credidit: qui ordo clarissimis ciuibus benè gestæ reip. testimonium multis, mihi vni conseruata dedit. An decertare mecum voluit contentione dicendi? Hoc quidem beneficium est, quid enim plenius? quid vberius, quàm mihi, & pro me, & contra Antonium dice? His omnibus reiectis vnam partem assumi, quod profectò est, non existimauit sui similibus probari posse se esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus. Item illa expeditio, quæ refertur 4. ad Herenn. Necesse est cæpisse, vt istum nostrum fundum fuisse, ostendat, vt præcium possedit, aut vltimum fecisse, aut emisse, aut hæreditate tibi venisse. Vacuum cum ego ad essem, possidere non potuisti: Tuum vltu fecisse, etiamnum non potes: emptio nulla profertur: hæreditate tibi me viuo mea pecunia venire, non potuit. Relinquitur ergo, vt me vi de meo fundo dececeris.

Eodem argumento vitur Orosius contra Iudæos. Quam rem gerunt? quod scelus constanti quæ maleficia suscipiunt, propter quæ à Deo, quem tam propitium olim habebant omnino deserantur? Simulachris immolant? immo eorum contactum perhorrescunt. Commenticios Deos asciscunt? At eo nomine, quod Deum colant, efferuntur. Et id verum, sed moribus immanibus efferati sunt? At ipsi summam sibi laudis æquitaris, & pietatis assumunt. Quid ergo est? parumne supplices preces ad Deum adhibent? Immo in precibus addu

Cicero pro lege Manilia.

Minutius in Oratione.

Secundus in Oratione.

Mar. l. 7.

Tertius in Oratione. Publius Syrus.

Cicero 2. Philipp.

Cicero 4. ad Herenn.

asidui sunt. (Resumit:) Si igitur nec simula-
chra colunt, nec vanos Deos inuocant, nec hu-
manum sanguinem fundunt, nec se impia frau-
dis impuritate contaminant; cur illos Deus,
quos in fidem suam recepit, tam diuturno
tempore, ope sua destituit? His igitur successis,
veram causam inserit, Iudæorum perfidiam.

De vi & veritate huius loci.

CAPVT XXX.

Vsus argumenti cautionem & memoriam
requirit oratoris; cauendum est enim, ne in
partium collectione minus sit accuratus; quod
faciet, si aut res necessarias omittat; aut addat
superfluas, aut discrepantes confundat, aut
easdem bis numeret, & veluti a se dissoluat, ar-
que disjungat. Tum qui propositus est initio
numerus, est illi expedite percurrendus, dan-
daque opera ne longiuscula plerumque di-
gressio sermonem & mentem a proposito ab-
trahat. Videas enim aliquot, qui cum tria aut
quatuor proposuerunt, vltimam non me-
minerunt, aut si meminerint, tantum tempo-
ris in vno capite pertexendo conterunt, vt
eius quod restat expediendi, spatium & facul-
tas non suppetat. Satius esset nihil omnino
proponere, quam post iacta hæc propositio-
num fundamenta, & rerum apparatus, audi-
toris expectationem fallere, ne munerarijs
antiquorum similes videamur, qui cum mon-
tes aureos persepe promitterent, nihil præter
arenam dabant. Aduertendum est præterea, vt
in affirmatione vel negatione procedat argu-
mentum. A toto (quod aiunt) molis ducuntur
argumenta ad singulas partes primarias, idque
tantum affirmando, valet eodem hoc argumen-
tum: Si domus est, & fundamentum est, & te-
ctum, & parietes; non autem, & fenestæ sunt,
& afferes, & cæterid genus leuora. Si corpus est
humanum, cerebrum habet, & cor, & iecur,
non autem, & digitos x. & ungues, & pilos. A
negatione vero totius molis ad singularum
partium negationem non procedit argumen-
tum. Vt domus non est, nec igitur fundamen-
tum. Nam possunt esse domus fundamenta, si-
ne ipsius perfectione. A toto tamen generis
vim suam obtinet hoc argumentandi genus:
Id est, qui negat alicui totum generis, negat &
singulas partes, quas suo ambitu complectitur.
Vt si neges calliditatem esse virtutem, accu-
rate colliges, eam nec esse prudentiam, nec iu-

sticiam, nec fortitudinem, nec temperantiam.

De vsu & Amplificatione huius loci.

CAPVT XXXI.

Vsus argumenti a partium enumeratione,
amplissimus est; & per totum corpus elo-
quentiæ longè lateque diffusus. Primum ad
totius orationis æconomiam, mitum in mo-
dum valet, & quasi Adriana filium dirigit in-
stitutum sermonem, ne fluctuet in errorum
(quod aiunt) labyrintho; ex quo videas totas
plerumque orationes hoc vno huius fundamen-
to, quod insuper alijs atque alijs conflatum
argumentis in immensam excreuit amplitu-
dinem. Nobilissima illa quæ ad Donatum de
gratia Dei inscribitur D. Cypriani epistola,
tota ferme est in hoc argumento: Hoc ipso
fulcitur Ciceronis oratio pro lege Manilia:
Hoc sæpissimè vsurpant Lactantij, Arnobij,
Minutij, aduersus nostræ fidei inimicos glo-
riosa certamina.

Secundò promptissimum est ad iacessendos
aduersarios telum, ad resellendos idem clype-
us fortissimus. Nam & acutè colligit, & ratio-
nes glomerat, & acriter insilit, & feruidè in-
stat. Si verò resistendum, quadrato velut agmi-
ne intulantiæ vadique telorum impetus
eludit: quod in confirmatione demonstrabo,
plenius in oratione Palamedis, ex Gorgia Le-
ontino.

Tertiò, Amplificationis, quæ vna virtus
maxima est, perpetuum veluti quoddam re-
perietur esse seminariū. Nam si res grauitè
narranda, si describenda, si oculis plenissimè
subijcienda, parum est vno conspectu propo-
nere. At si incipias singulas partes disquirere,
discute, enucleare, tunc vis & amplitudo,
quasi ingentis cuiusdam fluij perpetuis vn-
darum vorticibus explicati, sese efferet: quod
illustrissimis exemplis comprobare, nullo ne-
gotio possum. Miraberis huius orationis Senec. l. 7.
maiestatem, & delicias: *Vol. sub conspectu meo de benef.*
ponere, quæ gentium oculos, regumque per-
stringunt, volo intueri pretia sanguinis anima-
rumque vestrarum. Prima nihil luxuriæ spolia Eximia lau-
diue, vt est melius, in vnum æcerum date: pro per-
Video elaboratam scrupulosa distinctione te-
partium
studinem, & fœdissimorum pigerrimo-
numerarumque animalium testas ingentibus pretijs
tionem,
emptas.

emptas, in quibus ipsa illa quæ lucet varietas, subditis medicamentis in similitudinem verè coloratur: Video istic mentas, & æstimatum lignum senatoris censu, eo pretiosius quo illud in plures nodos arboris infelicitas torfit: Video istic crystallina, quorum accendit fragilitas pretium: Omnium enim rerum voluptas apud imperitos, ipso quo fugare debet pretio, crescit: Video murrhina pocula: Parum scilicet luxuria magni fuerat, nisi quod vomant, capacibus gemmis inter se propinare: Video vitiones non singulos singulis inauribus comparatos: (iam enim exercitata aures oneri ferendo sunt:) Iunguntur inter se, & in super alij binis superponuntur. Non satis muliebris infania viros subiecerat, nisi bina aut terna patri- monia auribus singulis pependissent. Video sericas vestes, si vestes vocandæ sunt, in quibus nihil est quo defendi corpus, aut denique pudor, possit: quibus sumptis mulier, parum liquidd nudam se non esse iurabit. Hæc ingenti summa ab ignotis etiam ad commercium gen- tibus accesserunt, ut matronæ nostræ, ne adul- teris quidem plus suo in cubiculo, quam in publico ostendant, &c.

Parum igitur, si dixisset, video luxum huius civitatis profusissimum; singulas partes, & ad- iuncta luxus excutit: unde vis & amplitudo huius orationis. Sed Nonnus Dionysius 4. Cadmi pulchritudinem à singulis partibus colligit:

Οἷα ἐγὼ παλάμῃ ροδῶδ' ἀκτιλῶν, ἄδον
ὀπῶν

Ἡδὺ μελισσῶσται, ἐρωτικὰ δὲ προσά-
πῃ

Ὡς ρόδα φοινίσσῃ παρήϊες, ἀκροραῖ
δὲ

Δίχρῳ χιονίων ἀμαρῶσται ἵχνια τὰ ρ-
σῶν.

Et cætera, quæ in thesauro Græcæ poeseos attuli, & interpretatus sum.

Longè alio modo Lactantius, Dominicæ crucis acerbiter, à singularum partium cru- ciatu exaggerat:

Vertice ad usque pedes me lustra . . . en aspice cri-
nes

Sanguine concretos, & sanguinolenta sub
ipsis

Colla comis, spinisque caput crudelibus han-
stum:

Vndiq; diua pluens visum super ora cruo-
rem:

Compress' speculari oculos, & luce caren-
tes,

Afflicta;que genas: arentem suspicè lin-
guam,

Felle venenatam, & pallentes funere vul-
tu.

Cerni manus clavis factas, tracto, quo lacer-
tas:

Atque ingens lateri vultus: cerne indo fluo-
rem

Sanguineum, fessique pedes, artusque cruen-
tos:

Fl. de genu, lignumque Crucis venerabile ado-
ra

Non alio modo Seneca direptionem urbis amplificat: *Vires in consilio sunt*; velut signo ad permiscenda omnia dato, non igni, non ferro abstinetur, soluta legibus scelera sunt; nec re- ligio quidem, quæ inter arma hostilia supplices tenet, vllum impedimentum est ruentium in prædam. Hic ex privato, hic ex publico, hic ex profano; hic sacra rapit, hic effringit, hic transiit; hic non contentus angusto itinere, ipsa quibus arceatur, evertit, & in lucrum ruinâ vertit; sic sine cæde populatur, hic spolia cru- enta manu portat, nemo non fert aliquid ex altero: & Hieron. epist. 8. lib. 1. de sene cente- nario. Oculi puro lumine vigent, pedes impru- munt certa vestigia, auditus penetrabilis, den- tes candidi, vox sonora, corpus solidum, & succi plenum: cani cum rubore discrepant, vi- res cum ætate dissentiant: non calidi acumen ingenij frigidus sanguis obrundit, non contra- ctam rugis faciem aiata frons exasperat: non denique tremula manus per curuos cæta api- ces errantem stylum ducit.

Quid moror? omnes ferme descriptiones, & amplificationes hunc locum includunt.

De mixtura figurarum, cum loco enumerationis, & quibus ornamentis amice vestiri.

CAPVT XXXII.

NEque verò satis est huius loci vim nosse & opportunitatem, nisi intelligas quibus tē- perari debeat coloribus, quibus ornamentis excitari.

Amat

Sen. l. 7. di
benef. 6. 27

Amar igitur imprimis tractati per anaphoras, quod exemplum Seneca superius allatum satis indicat. Addam & aliud, ex quo facile quisque discernere poterit, quo artificio longior partium enumeratio tractanda sit, ut bladius, & alacius influat: (Alius libidine insanit, alius abdomini feruit, alius lueri torus est, alius ceca ambitione in gladios ruente.) Iam, ne tardiu afferat eadem vox nimis repetita, immutat. (Adjice torporem mentis, ac senium, & huic contrariam inquieti pectoris agitationem, tumultusque perpetuos; adice extimationem sui nimiam, & tumorem, ob quem contemnendus est, insolentem: iterum variat) Quid contumaciam in peruersa nitentium, quid leuitatem semper aliud transilientem loquar! (nec satis) Huc accedat temeritas praecipis, & nunquam fidele consilium daturus timor, & mille errores, quibus volumur, audacia tumidissimorum, discordia familiarissimorum, & publicum malum, incertissimis possidere, fastidire possessa, quae consequi posse spes non fuit.) Haec optima variandi ratio.

Alius ornandi modus est per distributionem, cum vaequaque enumeratarum partium suo proprio verbo concluditur.

Sic eleganter Cyprianus de laude martyrij. Si iustus es, & Deo credis, quid pro eo sanguinem fundere metuis, quem pro te toties passum esse cognoscis? in Ilaia sectus, in Abel occisus, in Isaac immolatus, in Ioseph venundatus, in homine crucifixus. Tum disertissime Augustinus de laude Charitatis. Charitas in Abel per sacrificium laeta, in Noe per diluuium secuta, in Abraham peregrinatione fidelissima, in Moyses inter iniurias lenissima, in David tribulationibus mitissima, in tribus pueris blandos ignes innocenter spectat, in Machabaeis se uos ignes innocenter tolerat, casta in Susanna supra virum, in Anna post virum, in Maria praeter virum, libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad consistendum, diuina in Christo ad ignoscendum.

Tertius modus est per subiectionem, cum qua huic loco frequens, & penes necessarium commercium, maxime cum obiectiones remouendae sunt. Sic Cicero in oratione de prouincijs Consularibus. Nam ipse Caesar, quid est, cur in prouincia commorari velit? amicitias cum, credo, locorum, urbium pulchritudo, hominum, nationumque illarum humanitas, & lepos, victoriz cupiditas, finium

Imperij nostri propagatio retinet: Sic per subiectionem causas omnes exponit.

Deinde ad singula respondet, seruato eiusdem ordinis tenore. Quid illis terris asperius? quid incultius oppidis? quid nationibus immanius? quid potest tot victorijs praestabilius? quid Oceano longius inueniri potest? An reditus in patriam habet aliquam offensionem? utrum apud populum, a quo missus est? an ad Senatum, a quo ornatus est? an dies auget eius desiderium? an magis obliuionem? an laurea illa magnis periculis parata, amittit longo intervallo viriditatem?

Quartus per congeriem, cum qua magnam habet affinitatem, cum praesertim utrumque ad amplificationem sit natum.

Huiusmodi est ex prima Catilinaria exemplum.

Quid enim Catilina est, quod te iam in hac urbe delectare possit? in qua nemo est, cui istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo qui te non oderit? Quae nota domesticae turpitudinis non iniusta vitae est? quod priuatarum rerum dedecus non haeret infamiae? quae libido ab oculis? quod facinus a manibus nunquam tuis? quod flagitium a toto corpore abfuit? cui tu adolescentulo, quem corruptelatum illecebris irretisses, non ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem praetulisti? Quid verò nuper, cum morte superioris vxoris, nouis nuptijs domum vacuum fecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti? quod ego praetermitto, & facile patior sciri, ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas, aut extitisse, aut non vindicata esse videatur; praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties. Ad illa venio, quae non ad priuatae ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem, ac turpitudinem, sed ad iunnam, atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinet.

Ita congeriem malorum, quae Catilinam partim impeditum, atque obstrictum tenent, partim etiam illi minantur per partium congruam enumerationem expressit. Et Iulianus Imperator, compendio syntagma Libanij commendans, omnes virtutes confectas colligit, partim enumeratione συνθηρισμόν includens, ἡ λόγος, ὡ φρένες, ὡ σύνεσις, ὡ διαίρεσις, ὡ πειρηματα, ὡ ταῖς, ὡ ἀφορμαί, ὡ λεί-

Sen. l. 7. de benef. c. 26.

Cypr. de laud. mar. tyrij pag. 429. Aug. de laud. obay. satu.

Cicero de prouinc. Consula.

Cic. inuol. 1. in Catil.

Αἴτις, ἀδεύοντα, ἀουδῆσι!

Longum esset omnia recensere, satis fuerit dixisse, hunc locum ad omnem amplificationem esse accommodatissimum, & ad tractationem, ornatam, & illustres figuras desiderare.

DE NOTATIONE NOMINUM.

An nomina sint naturæ coelestis?

Confutatur Zoar, & Rabbinus.

CAPUT XXXIII.

NOBILISSIMAM quaestionem, atque inter principes Philosophos discrepantibus sententijs agitaram, hic locus obiter excutiendâ monet. Si enim quod à Platone dictum est, nomina sunt à natura, tantò plus auctoritatis nominum notatis apud quosque sapientes habitura est. Quae in re nugatoria sunt doctorum Hebraeorum sententiæ. Nam (ut cætera omitram) qui de his ipsis arcanis subtilissimè conscriptus est liber Zoar, Adamum refert, cum nomina rebus imponeret, magnam ex ea, quæ florebat rerum scientiâ adhibuisse religionem. Literas enim non quascunque tumultuariè arripuit, sed eas inquisiuit, quæ tactus, & influxus syderum, rei denominandæ ministro, iam ab æterna mente destinatorum, significarent.

Addit præterea mundum ex viginti duabus literis esse constatum, quarum tres tribus elementis, duodecim, Zodiaci signis, septem etiam errantium stellarum orbibus sunt accommodatæ. Has verò vltimo loco numeratas duobus modis pronunciat, acuto scilicet, & remissiori sono. Cum planetas significent in suis domicilijs constitutos, liquidius, & sonantius efferuntur, quod tunc ipsarum stellarum sit vis acrior, & impetus concitator. Quod si easdem, ab ijs, quos assignant Astrologi sedibus petegnantibus planetas exhibere volunt, literas mollius, & languidius pronuntiant, quod res ipsas viribus destitui, & e mortuo veluti vigore tabescere dicunt. Iam verò literæ corporeas rerum creaturarum partes designant, quod sine voce sint, & quasi inter mortuas, puncta verò iisdem affixa, quæ apud Hebræos, vocalium instar obrinent, for-

marum sunt imagines, quibus materia subopte ingenio languida excitatur, & animatur. Denique ad integram ratijs perfectionem adduntur accentus, qui eas quas Physici operatius nominant, formas exhibent. Ex quo, qui Hebraica (ut aiunt) nomina liquidè, & accuratè pronunciat, coelestis & inferioris mundi conomiam depingit. Hæc Rabbinorum commenta, quæ ab ijs esse conficta non miror, sed à viris doctis hæc magni fieri & curiosius inuestigari, hoc admiratione magis dignum est. Vigentius, ceterè istas, & alias huiusmodi fabulas, in suis characteribus commemorat, quas non confutat, sed tamen refellere non est aded operosum, cum ipsæmet lenissimo ictu impulsæ corruant. Mitto enim quòd hunc syderum tactum inducant, qui Astrologis multarum inepiarum, atque ipsiusmet impietatis fundamentum esse solet: Vnde hoc didicit Zoar, astrorum influxus à certis literis significari, quas Adam, cuique nomini, secundum varios syderum aspectus commodavit?

Quid igitur, cum tantum septem literæ planetis inseruiant, quos in hæc inferiora potissimum influere volunt, ex istis septem literis omnia confectim nomina coalescere oportebit? Sed fingamus nouemdecim literas celo tribui & ad significandos syderum varios influxus assumi: quid igitur cæteræ quæ istam stellarum vim non significant, à nominum compositione perpetuò exulabunt, siquidem eas tantum inseri oportet, quæ cum celo & syderum tactu commercium habeant? Deinde cum formè omnia ex tribus radicalibus literis apud Hebræos sint constata, trium igitur tantum syderum aspectum patientur omnia, cætera etunt otiosa. Iam, cum iisdem prorsus literis constent nomina, non modò diuersæ sed contrariæ prorsus significationis, aut res easdem natura esse oportebit, aut ceterè inanes istos astrorum influxus. שׁוֹר apud Hebræos significat sanctum esse, idem immundum esse. Vnde שׁוֹר Hoseæ 4. vers. 14. dicitur effœminati, & caramiti. Iam quero à Zaore, qui sit ut cum eadem sint literæ, & iisdem syderum influxus ipsis literis alligati, res tamen inter se dissimillimæ sint, ut vna sancta sit, altera omni execratione dignissima.

Postremò, quid literarum nobis mundum fabricat? cur tres tantum literas elementis tribuit? Quartum, aut nullum erit, aut iniquè cum illo actum erit, cui nulla commodata fuerit literula. Denique aut ante istas literas

Zoar's opi
nō.

Inepia
Zoar.

mas

nas emerſit mundus, aut literæ ipſæ ante mun-
dera exiterunt. Si primum, non coaluit ex li-
terulis: ſi ſecundum, quomodo eſt: orum in-
ſertus iſtæ literæ ſignificabant, cum necdum
eſſent ſydera? Omnino vanitatis pleniffima
ſunt hæc commenta: ſed & in eam devenit de-
mentiam audax illud Promethæi genus, ut ſc-
ex varijs literarum mixturis numerum ſtella-
rum, & rerum omnium creaturarum, ſcire poſſe
conſideret: quod tamen Deus ſibi reſervavit,
qui enumerat multitudinem ſtellarum.

Confutatur Rucelinus, & ceteri No-
minales.

CAPVT XXXIV.

Idem ſerè Rabbitorum errores, multis
iam ſæculis inter mortuos, & ab omnibus
inſoſ. reuocauit Rucelinus, natione Brito,
præceptor magiſtri Petri Abelardi nouatoris:
primus enim ſectam Nominalium inſtituit
contra Reales; & nominum cognitione, reſi-
quoque cognitionem contineri, magno cona-
tu defendit, ſub annum Domini 1140. Ex quo
grauia & eruenta inter ſtudioſos Pariſienſes
prelia ſunt excitata. Meminit Auentinus lib.
6. qui & vetus epigramma recitat in eandem
ſectam compoſitum:

Quis Rucelino docet, non vult Dialectica voces,
tam; dolens de ſe, non vult in verbis iſſe.
Re amat, in rebus cunctis vult iſſe debus.
Vocæ reſi actus, reſiſit quod voce docetur.
Plerat Arſtoteles negas dicendo ſeniles,
At ſibi ſubira illas per voce intulit ilas.
Por hyriſſy, gemit, quia res ſibi leſor ademit:
Qui res abrodit, Rucelino, Boetius odit.
Non argumentu nulli, quoſiſiſiſmate ſenſis
Res ex ſentes in verbis iſſe manentes.

Hæc rudis ſæculi monumenta, quæ fatiſ
indicanc hæc Rucelini opinionem merito
diſplicitiſſe. Etenim, quæ poteſt ex nomi-
bus haberi cognitio? Mirro quod pleraque
ſint exilia, & ab imperitis hominibus impo-
ſita. Et tamen ipſa, quæ plus habere videntur
ſplendoris, aliquam rei proprietatem, non in-
ternas cauſas amplectuntur. An ſi bonum aſſe
vult, à etiam ore, & mugitū dictum tenes,
ſuis interiorum formam, motuque, pote-

ſtates denique cæteras noſſi? Quam multa a-
lia præter hanc nominis exilitatem, ad perfe-
ctam cognitionem deſiderantur? ſed faciamus
nomina perfectas eſſe rerum imagines, quid
tum? Au ſi à præſtantiffimo pictore æu omnes
artis numeros exacta fuerit hominis effigi-
es, idcirco humanam naturam habere diceret?
Somnijs omnino iſta ſunt ſimilia, quæ ſuapte
natura diſſoluuntur, tantum abeſt ut longior
conſultationem mereantur.

De Nominum Ambitione, & religione.

CAPVT XXXV.

Hiſ tamen, opinor, vaniſſimorum authorum
ultra principijs latius manauit inanis qua-
dam nominum religio, & ſingularis ſpecio-
ſorum titularum auiditas. Hinc Alexandri,
Ptolomæi, Charatonæ, Caſares, Conſtantini, Oſho
manni: ipſi denique Abyſſini ſuum regem Bel-
lagram, ut ſeruat hoc eſt, incomparabili præſtan-
tiſſa gemmam appellauerunt: quod nomen etiam
poſtea multi conſtanter retinuerunt.

Parum eſt, ſi apud reges hæc tantum fuiſſet
ambitio, & non in omnes longe lateque per-
uagata.

Tam ſæpè occurrunt in Romana historia
Clauſij, Luency, Marcelli, Scipiones, Sergij, Man-
lij, Potij, Pinxy, Mamæ, Caſij, Cæſurnij,
quibus le appellationibus non modo nobili-
tati, ſed & fortunæ credebant. Omitto tæc
cognomina, viris, ingenij, armorum, aut deni-
que virtutis gloria illuſtribus, dari ſolitas: Par-
ticæ à ſulmic eloquentia, dictus eſt Olympius
Apud Atticæ, Xenophon, Anuſhon, λεγόμενος
huc Orationum etiam; Marcus etiam Varro hatis
inepto nomine à Palæmone Grammatico, Li-
terarum porcus, quod nihil illo lauius aut loc-
cundius, nihil ad varias palati voluptates pa-
rabilius: Cyro, ſolu nomen fuit: Nerui, Nerui,
ſue Martu: Antigono, Eſogata, ſuo benefactoris.
Edmundus, Angliæ Rex, Ferrum lacu: Lucillus,
Xerxes regatu: Traiana, oſtin. m. Antoninu, Pius
appellatus eſt.

Hoc Francorum Regibus commune, qui
multis agnominibus vulgò appellati legun-
tur. Inſinitum eſſet ſingula, non modo regis
dignitatis, ſed ipſorum etiam plebeioum

Nomina ab ijs exquisitè affectata recensere. Vna inter cogentes extra Garamantas inuenta est, apud quam imponendorum nominu nulla est confuetudo. Longè sapientius Christiani, qui ab ipsis Ecclesiæ incunabulis cœperunt, SS. Martyrum appellationes filijs imponere: quod testatur Theodoretus.

Theod. ser. 3 Τὸς ὅτι μαρτυρίαν προσηγορίας μᾶλλον ἵσασιν ἅπαντες ἢ τὰ τριτάτων ὀνόματα, καὶ τοῖς πατρὶσι τὸς τριτάτων προσηγορίας ἐπιτιθέμενοι, ἀσφάλεια αὐτοῖς καὶ φυλακὴν ὀφείδουσιν μηχανώμενοι.

Martyrum verò appellationes magis ponunt omnes, quam vel amicis sive nominibus. Ad hæc suis libris imponere solent, quo cu inde securitatem & presidium comparant.

ἐνλακὴ dixit. Nam & phylacteria dicta sunt. Cuius nominis ratio, vt pleniùs intelligatur, sciendam est, antiquos, contra venena & maleficorum hominum artes, gestasse quædam Antidota, quæ ipsi amuleta & phylacteria obfueuerant appellare: fiebant autem plerumque ex lauro, unde laureum baculum gestari solet Zenobius, contra infidias maleficorum.

Zenob. sent. 3 adag. 12. Ἀδελφοὶ φρεῖ θρακτικῶν τὸ πλεονεξίαν εἰσάγουσιν οἱ ὑπὸ τινῶν ἐπιβλησίουμοι, παρόσον ἀλλοῖς φάρμακον ἢ δάρην. Aliàs fiebant ex lapillis, ex quo Dioscorides refert mulieres Scelenite lapide instar phylacterij vsas.

Καὶ ἀπὸ φυλακτηρίων περιέμματα αὐτῶν αἱ γυναικεὶ χρῶνται. Idem eodem libro Iaspides φυλακτηρία περιέμματα nominat: Aliàs phylacteria fiebant ex characteribus & nominibus sacris; qualia erant Iudæorum, qui legem Dei in membranulis descriptam instar coronæ deferebant, vt liquet ex sacris: cuius moris vestigia nunc etiam retinent Abyssini, vt notat Iarrius, to. 2. historia. Hæc, qui obreuerentiam sacrarum literarum deferebant, bene quidem faciebant: sed qui certos astrorum fluxus inæxeros sacris literis credebant, toto celo errabant: nec immeritò tales errores & superstitiones Antiochena Synodus damnanit. Eodẽ modo se nomine & imagine Alexandri magni, pulchros beatosque putabant Ethnici: nonnullique Christiani his plerumque superstitionibus erant implicati; quos increpat D.

Chrysof. in homilijs ad populum Antiocheum.

Curiosa nominum obseruatio, & antiquiorum illustratus.

CAPVT XXXVI.

NEque verò his contenta limitibus fuit, sed latius manauit in pueros nominum indendorum superstitione. Auctor est Diuus Chrysofostomus, nonnullos adhuc sua ætate Christianos, ad hos Ethnicorum ritus defluxisse, vt infanti nomen imposituri cereos complures accenderent, suo cuique nomine assignato: puta, hic Zosimus appellabatur; alter, Stephanus; tertius, Procopius: Atque eius demum qui ceteris extinctis superuixerat, nomen, quasi longioris æui & futuræ felicitatis omen arripientes, imponebant infanti. *Ἡμεῖς δὲ κελεύομεν τὸ παιδίον δὲν ἀφίντες ἀπὸ τῶν ἰων αὐτοῦ καλεῖσθαι οἱ παλακοὶ πρώτοι ἐποιῶν, λυχνούς ἀφαστες, καὶ ὀνόματα αὐτοῖς ἐπιτιθέμενοι, τὰ διαρχισαυρα μέχρι πολλῶν, τὸ παιδίον ποῖον ἰμένομον. ὁ γὰρ εὐδὲν πολὺ αὐτὸ σοχαζόμενοι βίωσαν χρόνον.*

Hoc ab Andronico seniore Imperatore factitatum, ex G. Pachymerij historia discimus. Cùm enim illi complures puellæ morerentur, mulierculæ cuiusdam suauis, sub partum xoris, duodecim cereas imagines, virili statura, totidem Apostolorum nominibus insignitas, accendit ordine: cumque partus in tempus, quo S. Simonis statua ardebat, incidisset, puella Simonis est vocata, specie quidem pulcherrima, sed quæ anno ætatis octauo Crali Seruiz Despotæ nubere coacta, corrupto vterio sterilis extitit.

Hoc idem penè secundum superstitionem à D. Chrysof. exagitatam describit Marinus. Maria (inquit) Petri Arragonum Regis VII. vxor prius sterilis, tandem dolore erga maritum vsa concepit, & in ipso partu multis pro salute parturientis orantibus, filium peperit cum summa Regis, & omnium nobilium lætitia. Infantem natum Regina statim ad Ecclesiam misit, ad imaginem Mariæ Virginis. Cùm puero multis Ecclesiam ingredientibus sacerdotibus, qui matutinas horas recitabant, de aduentu infantis ignari, psalmum tenere cœperunt: *Te Deum laudamus*: Hinc ad aliam Ecclesiam profecti omen arripiunt. *Benedictus*

Ritum nominum indendorum. D. Chrysof. in c. 4. 1. ad Corinth.

Pachymerij. Marin. l. 10. eorum hij.

De

Dominus Deus Israel. Nec satis, eū Rex (inquit) infantis nomen eligeret, duodecim cereos albos, eiusdem longitudinis, ponderis, molis, apud altare facelli, in honorem B. Mariæ Virginis, & duodecim Apostolorum, iussit accendit quorum singula nomina singulis cereis scripserat, destinatarque animo, ut illius Apostoli nomen, cuius cereus reliquis extinctis & consumptis perdurasset, nomen arriperet: Hac igitur ratione infans Iacobus est appellatus, quod diui Iacobi cereus superuixisset.

Addit, illum iam grandem res magnas gefisse, & Fortunati nomen adeptum. Quicquid sit, hæc si superstitione fuerint obseuata, merito à D. Chrylostomo arguuntur, nec in exemplum trahenda sunt.

Notatio Literarum numeralium, & eius omnis vanitas.

CAPVT XXXVII.

Nihil non tentauit curiosa obseruatio; etiam numerorum in literulis exquisitam habuit rationem. Credebant enim antiqui, supersticiosa fide, tantam esse vim in nominibus, ut quæ numeris eminerent, cæteris inferioribus longe præstantiora felicioque essent. Quamobrem ducibus singulari certamine congregentibus, ex literis numeralibus, quæ in cuiusque nomine reperiebantur, omen captabant victoriæ. Hac ratione Hectorem Patroclus, Achillem Hectori superiorem exstitisse memorant. Hoc disertè testatur Terentianus Maurus:

Terent. Maurus.

Et nomina uadunt ita litera peracta, Hæc ut numeris pluribus, illa sua minima.

Quand que subibunt dubia pericla pugna, Maior numerus quâ fuerit, facere palmam;

Præsentia lehti minima potere summa; Sic & Patroclum Hectora manu perisse, Sic Hectora ut adans cecidisse mox Achilli.

Hectoris enim nomen numerum habet 27. Patrocli 871. Achillis 276. ut ex numerorum Græcorum ratione, & singularum literarum sapputatione patet. Sic numeratur nomen bestie Apoc 13. & complectitur 666. cui numero respondet nomen *Madrutu*: Sic nomen Christi per ambages expressum est à Sibylla.

Τώρα πα φωνηέντα φέρει, τὰ δὲ ἀφ' ἑαυτῶν ἀείρωται

Διοσίω ἀγέλων, ἀριθμὸν δὲ ὅλον ἔχοντα

Ὁ κτὼ γὰρ μονάδας, τόσους δεκάδας ἔχει τέτοις,

Hδ' ἐγερνάδας ὄκτωι. Hoc efficit nomen Iesus 888. Per numeros igitur nomina exprimere non est nouum: sed inde futuri omnia captare, est irreligiosum, & vanum. Bello, quod Mauritius dux, Saxonie elector, contra Carolum V. Imperatorem pro liberatione Landgrauij gessit, sollicitis admodum Mauritanis, quæ exitum res habitura esset; Quidam per iocum iussit eos bono esse animo: nam à Carolo viro ei Mauritium non posse; causam rogatus, respondit, veteris diuinationis esse fiduciam: Nam, ut Achilles victoris nomen, numeris qui literarum notis indicarentur, plenius esset, quam Hectoris; sic Mauritij statim initio nomen, Caroli nomine esse numerosius. Congruit omen eum exitu; sed tamen futilem diuinationis rationem arguit, quod eodem nomine Mauritius Imperator à Phoca victus est, quem pleniori appellatione antecellebat. Ipsi demum postea Ioannes Fridericus Saxo, & Philippus Landgrauus, cum plenissimis nominibus, Caroli armis bello Germanico cesserunt. Ex quo nihil inde notationem nominis capere roboris planè certum est, cum quotidiana experientia hanc anilem vanitatem satis confuter.

De Anagrammatismo.

CAPVT XXXVIII.

AD notationem nominis illustrandam non raro assumuntur anagrammatismi quorum vsus antiquissimus, in hæc vsque tempora dimanauit. Credibile est, à Iudeorum cæpisse doctoribus, qui nata ad huiusmodi literularum obseruationes ingenia habuerunt: quæ deinde linguæ Hebrææ in his nominum inuersionibus fecunda quam maxime felicitas, non mediocriter adiunxit.

Primum Genese os verbum, *יְשׁוּעָה* *Yeshuah*, quinquaginta ferme modis per varios anagrammatismos inuertentes Rabbinus legerunt quo tandem sensum illū confecerunt:

Y. S. P. S.

De vsu Notationis & Coniugationum.

CAPVT XL.

Vide Arist. l. 2 postor. c. 10. Cicero in Top. sect. 35.
NOtationis vsus apud Grammaticos frequentior, quam apud oratores, quorum non est ista explicari curiositas, ne extra constitutos artis limites euagentur. Nonnunquam tamen incidunt ex occasionibus, quibus etymologiae, et nihil aut parum ad persuadendum roboris habeant, ad electandum & orationem, & urbanitate quadam suauiter venustandam, plurimum obtineant in conditatis: & ita vsus est Marcus Tullius in Verrem, faceret ludens in festa Verrea, quae Verrea in Sicilia suo nomine institui curauerat.

Cicero 3. in Verr. 52.
 O Verrea, inquit, praecelaras quod enim accepisti, quod non attuleris tecum istum diem? Et enim, quam tu domum, quod sanum adijisti quod non euertum atque exterlum reliqueris? Quare appellentur sane ista Verrea, quae non ex nomine, sed ex moribus naturaque tua constituta esse videantur.

Martialis libro nono epigram. 11. in Earini pueri nomen ornatissime lufit his verbis:

*Nomen cum violis vestisq; natum,
 Quo pars optima nuncupatur anni,
 Hyblam quod sapit, Atticisq; flores,
 Quod nidas olet alitem superba,
 Nomen neclare discipulis beato,
 Quo mallet Cybelis puor vocari,
 Es qui pocula temperas Tonantis:
 Quid si Parrhosia senes in aula,
 Respiciam Venores Cupidineq; q;
 Nomen nobile, dulce, delicatum,
 Versu diceps non rudi volebam:
 Sed tu Syllaba contumax repugnas,
 Dicunt Earinou tamen poeta.*

Sed ne poetarum testimonijs vtamur, Elius Aristides in laudatione Iouis, ab eius nominibus, eorumque notionibus, materiam arripit orationis.

αὐτὸ μὲν, inquit, ἐκκλητίας καὶ δικαίως τίτλω διδοῦς, ἀγοραῖα κήληται ἐν δὲ μάχαις Ἰσπαιαῖα, ἐν δὲ νόσοις καὶ πᾶσι κακοῖς βαχδῶν σάτηρ οὐκ ἐλευθέρια, οὐκ μελιχία, ἀκαία, γὰρ καὶ πατὴρ αὐτὸ βα-

αὐτὸς πικρὸς, κατὰ δὲ τὴν ἀρετὴν, οὐδὲν ἀκαρτερῶς, καὶ οἱ αὐτοὶ ἰδὲ μὴ, ἀλλὰ καὶ πρὸ πάντων ὀνόματα.

Proxima sunt notationi nominum coniugata, quae a Graecis εὐνοίαια & οὐνοίαια nominantur, a Cicero definitiuntur, quae ortu ab uno varie commutantur. Tale est illud 4. Tullcul.

Qui enim potest, in quo libido cupiditas sit, non cupidus & libidinosus esse: in quo ira, non iracundus: in quo angor, non anxius: in quo timor, non timidus?

(Item illud:) Iam mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri, in quibus more veteris Graeciae inscriptum esset, *Bonorum Dolorum*: ut se eorum bonitate velle dicebat.

Alia nonnunquam sola significatione, vt virtus, & studiosus, *σοφία* & *σοφιστής*, qui est frugi conueniunt: Alia voce dumtaxat, non sensu: alia appellatione simul & re, qualia sunt sermē omnia, a quibus dubio procul valet argumentum. Nam, quod tribuitur, aut negatur vni, coniugatis reliquis quoque vel datur vel demitur.

Sed hoc plerumque argumentandi genus exile est, & frigidum, nec (praesertim vbi res per se satis nota est, vt cum sapientem esse, qui habuerit sapientiam) ingerenda sunt istae probationum nugae, quas merito redarguit Quintil.

Tractantur venuste aliquando per hyperbolem, vt, non est improbus, sed ipsamet improbitas. Sic i Verrina, num. 26.

Mihi non vnus homo improbus opprimendus est, id quod Siculi petierunt, sed omnino omnis improbitas id quod P. R. iam diu flagitat, extinguenda est.

Per Paronomasiam, vt quarta Verrina, num. 129.

Quae iste cum cognouisset nouus astrologus, qui non tam caeli rationem quam caelari argenti duceret.

Per Alitismum, vt quarta Verrina, numer. 24.

Satisne vobis magnam pecuniam Venerius homo, qui est Chelidones sinu in prouinciam profectus esset, Veneris nomine quae hinc videtur?

Per translationem, Philippica vadecima, num. 3.

Animaduerti dici iam a quibusdam, error-

sari à me etiam nimum Brutum , nimum Cassium ornari, quos ego orno, nempe eos, qui sunt ornamenta patriæ.

Sic in rebus notis non sunt Logicè discutienda, sed aliquo figurarum artificio obiter instillanda.

N N.

a Aelius Aristides, oratione in Iouem, Et primum quidem nomen Iouis explicat, Ζεύς ὅτι ὤσος τῆς οὐσίας ἡνάσσει ἐν τῷ κόσμῳ.

b Item Cicero i. de diuinat sagire enim, sentire acudè est, ex quo saga, anima.

De genere, & specie.

CAPVT XLI.

Rerum singularium mutabilitas.

EAdemum, lex est rerum humanarum, vt perpetuò fluant, nascantur, crescant, dissoluantur, & veluti perenni quodam circulo, vnde orta sunt, redeant vniuersa. Atque hoc ipsum ab æterno rectè prouidit Deus, vt eam multa rebus creatis suæ pulchritudinis, veluti quædam semina largiretur: hanc vnam in vno, eodemque statu denegaret constantiam, quæ perpetuum haustæ aliunde virtutis, vel ex nobis, vel ex ipsis rebus, quas ad vsum nostrum conditas cernitur, præberet experimentum.

Synæsus hymn 3.

Quæ cum ita sint, rerum singularium, quarum, vt ait Synæsus, nascentium, & pereuntium est veluti perpetuus quidam circulus, cetera non potest esse, & solida cognitio. Quæ penuria, & instabilitas efficit, vt ad naturas vniuersas æterna quædam rerum fluentium exemplaria, necessariò sit recurrendum.

Idea virginis ad thronum Dei.

Has Ideas antiqui nominarunt, & doctores quidem Hebræi eas ad thronum Dei statuerunt, quas venerandas Virgines, ante mundi molitionem à Deo productas, quæ ad æterni Verbi nutum præstò sunt, vt formas animæ, & ipsæ semum formæ in materiam ad æterni generationem influant. Ita enim philosophantur, in homine tria esse spectabiles dignitate conspicua, corpus, animam, intellectum, & animam quidem corpori, intellectum animæ præstare.

Similiter in hac rerum vniuersitate inueniri materiam, & formas, ipsisque formis superiores Ideas, quæ ad structuram rerum Verbo sunt diuina veluti quædam instrumenta.

Hæc, si perinde, atque dicuntur, omnia in-

telligantur, fabulosa sunt, si per similitudinem, non ineptè dicta inuenientur.

Atque hæc, opinor, causa fuit, quæ Platonis de Ideis placita carpenti, ansam Aristoteli, & cæteris philosophis dedit, quod ille multa per allegorias immisceret, quæ ipsi contentiose disputationis auidi, cum dextera manu à Platone data, sinistra, non sine dolo malo arripent, tot rixarum materiam in ideis discutiendis præbuerunt. Neque enim aliud Platonem per Ideas intellexisse, quam ipsas naturas rerum, & species vniuersas, vel hoc Timæi loco patet, in quo ita scribit.

Ἀνθρώπων γένος, βραχύτι τῶν ὄντων ὅτιος ἐχόντων, ὁμοιογενέον μὲν εἶναι τὸ κατὰ ταῦτα, ἔστι δὲ ἀγέννητον, καὶ ἀπόλετον οὔτε εἰς ἑαυτὸ τὸ εἰς δεξιὰ μὲν ἄλλο ἄλλοθεν, οὔτ' αὐτὸ εἰς ἄλλο κινεῖται, ἀόρατον δὲ, καὶ ἀλλοίως ἀνώδητον τὸ τὸ νόησις εἶληχεν ἐπισκοπεῖν. Plato in Timæo. Platonis de ideis vniuersis sensus.

Quippe cum hominum (inquit) singularium genus, sic breue quiddam, & angustum, statuenda est aliqua naturæ humanæ species, quæ nec quotidie generatur, & corrumpitur, vt cætera: nec tot adscititijs conditionibus contrahitur: hæc autem corporis oculis, aut alijs sensibus non subiacer, sed eius cognitionem sortitus est intellectus.

Dixit autem τὸ νόησις εἶληχεν ἐπισκοπεῖν: quia non est intellectus, naturas vniuersas formare, sed considerare, contra eorum philosophorum placita, qui easdem fieri ab intellectu volunt. Quæ questio satis copiosè discutitur in scholis, nec ad hoc attinet institutum, satis enim est mihi hæc prælibasse, vt ostenderem vberem argumentorum fontè peti a genere, idque omninò oratoribus esse necessarium, eam hypothesis, quæ de rebus singularibus est, negatur, ad thesin, & res vniuersas, siue axiomata per fugium habere.

Ex eo generis tractatio instituitur apud Rhetores. In hoc autem minus religiosi sunt, quàm Logici, qui genus definiunt secundum Porphyrium, τὸ κατὰ μέγεθος καὶ διαφέροντος τῶν εἰδῶν, ἢ τῶν ἰδίῳ κατὰ γένος.

Generis definitio, &

Aliter, inquam, Rhetores accipiunt, Nam vniuersum id omne genus appellant, quod communius Cic. i. de est, & suo ambitu, atque significatione, inueniunt. scilicet, complectitur minus commune, vt An. 30.

Z mal,

*Arist. l. 1. de
hystor. ani-
mal. c. 3.*

*Galen l. 1.
de temper.*

mal, Hominem, & Leonem: Arbor, Quercum, & Cedrum. An verò ista, quæ ambitu generis continentur, specie differant aut numero, nihil attinet apud Rhetores enucleatè disquirere.

Definitur à Cicerone in Topicis, *Notio ad plures differentias pertinens*: sic enim virtutis notio ad iusticiam, & prudentiam, & cæteras virtutes extenditur, quæ species eiusdem generis nominantur. Ex quo intelligis speciem nihil aliud esse, quàm partem generis subiectam.

Est quidem ex hoc fonte robustum argumentum. *Nam, quod tribuitur, vel denegatur generi, id quoque species, suis partibus subiecta tribui, denegarique necesse est.*

Si omne argentum legatum est, igitur purum & signatum (ut argumentatur Cicero in Topicis.) Si nulla simia est caudata, igitur neque Indorum simia.

Præterea sublato genere tollit in species. Ut, si non est virtus, neque Iustitia est, aut fortitudo: contra *posito genere, ponitur aliqua species, quamvis incerta* ut, si est elementum, vel ignis est, vel aer, vel aqua, vel terra.

Ex eo notandum est, quod ait Fabius libro quinto, Genus ad probandam speciem minimè valere, sed ad refellendam magni esse roboris: Neque enim valet hoc argumentum. Arbor est; igitur Platanus est, cum infinitæ sint arborum species, nec vni magis quam alteri, arboris ratio conveniat. Bene igitur ex genere incertam speciem colligi notat axioma, non autem certam, & determinatam. Contra negato semel genere, nulla omnino species stare potest. Quem enim animal verè negaveris, eundem nec hominem, nec brutum esse necesse est.

Hæc de argumenti potestate, nunc de eiusdem usu apud oratores agamus, quorum non est, certis semper conclusiunculis pungere, sed latius ad speciem maiestatis explicare orationem.

De usu huius loci.

CAPVT XLII.

Malus usus generis.

PRIMUM illud statuendum est, huius loci laxitatem prudentiæ limitibus esse restringendam: multi enim, qui longos amant orationum circuitus, statim se in thesaurum conijci-

unt, etiam si minimè res postulare videatur, & quia res fortè communior, multorumque trita vestigijs, amant in hære diutius: ex quo fit, ut antequam ad hypothesin deveniant, totum iam dicendi tempus consumpserint.

Hoc quidem vitium iuvenile est, & longe à sapientum hominum iudicio, atque usu distinctum, qui statim pervident, quid ad rem, causamque attineat, & totum illud inutilium argumentorum choragium respuunt. Quid enim opus est, ubi de iustitia, & prudentia sermo est, continuò se in Virtutis laudes effundere, omnes eius proprias potestates disquirere, aperire, enucleare, totiesque miseram, quod ait ille *Crambertæ* dio affectis auribus ingerere? Qui has ambages quæcunt, similes illis videntur; qui domum suam cum primùm ingredi possunt, per longos tamen circuitus iter affectant.

Nec mirum, quod fortasse nullibi peius sit istis oratoribus, quàm domi omnia dicere audent, præter ea quæ ad institutâ causam faciunt. Quod si, ut sæpè fit, penuria rerum, quæ ad proprium attinent, versatur in communis; nonne centies optatius, pauca, & ad rem dicere, quàm longa, & inani oratione intemperanter abuti?

Χαρις τὸν εἰπεῖν, πολλὰ, ἢ τὰ καίρια.

Ve est in veteri proverbio. Fieri non potest, ut quis, & multa simul dicat, & opportuna. Itaque, quanquam in scriptis commentarijs copiosæ eruditionis causa legibus oratorijs soluta, liberior fertur oratio, tamen meritò suspectæ sunt, & doctis hominibus inuisæ magna illæ voluminum moles; quibus hæc vna videtur esse ambitio, ut nihil sibi, aut alijs dicendum relinquunt.

Hæc quidem quæ afferuntur plena manu, si ad rem difficilem enodandam, aut obscuram, atque exilem plenius illustrandam facerent; plurimum haberent commendationis, sed ubi præter rem intruduntur, licet aurea sint, & gemmeæ, necessariò apud acris quoque iudicij viros, multum deperdunt existimationis. Quid enim opus est, si contextus vnius Ciceronis habeat, *Marce fili*, continuò de fecunditatis apud antiquos gloria, de iure trium liberorum, de calibatu, de proletarijs dicere?

Infinita quidem hic eruditè affertur possunt, nemo dubitat: sed quàm parùm ad rem, quàm frigidè quàm pueriliter dicentur?

Item, si muscam Martialis, in eleæro mor-

Loci communes nunquam semper tenendi.

Prolixitas etiam in commentarijs fugienda.

Exemplum locorum ex transigentibus.

usam, & sepulchram memorem, confectam mihi dicendum erit de Beelzebub principe muscarum; de varijs muscarum generibus, de parafitis, adulatoribus, curiosis, otiosis, qui nomine muscarum censentur; de pueris muscarum abactoribus in conuiuio, de muscatijs, seu stabellis ad abigendas muscas compositis, de que eorum vsu, etiam ad altare, cuius meminit Hildebertus Cenomanensis epistola septima.

Hildeb. Cenom.

(Num verò silentium ad hunc præsertim locum, si non doctius, saltè prudentius, quoddam maius est, existimabitur? Magna res tacuisse loco.)

vsus generis in probatioribus.

Repudiato igitur hoc generis, & formarum vsu, sic existimo; Vnum ad probandum valere, & hunc strictè, ac rotundè, cum aliquo elegantia temperamento tractandum.

Lact. l. 2. c. 5. c. 6.

Sic Lactantius mundum Deum non esse probat his verbis, vbi vtrumque argumentū, & generis, & formarum satis lepidè coniungit.

(Quod si fieri non potest, vt stellæ dij sint, ergo nec sol quidem, nec luna Dij esse possunt, quoniam à luminibus astrorum, non ratione differunt, sed magnitudine. Quod si hi dij non sunt, ergo nec cælum quidem, in quo illa omnia continentur. Simili modo, si terra, quam calcamus, quam subigimus, & colimus ad victum, Deus non est, nec campi quidem, ac montes Dij erunt. Sed si hi non sunt, ergo nec tellus quidem vniuersa Deus videri potest. Item si aqua, quæ seruit animantibus ad vsum bibendi, aut lauandi, Deus non est; nec fontes quidem, ex quibus aqua profuit: si fontes non sunt, nec flumina quidem, quæ de fontibus colliguntur; si flumina quoque Dij non sunt, ergo nec mare, quod ex fluminibus constat, Deus haberi non potest. Quod si neque cælum, neque terra, quæ partes mundi sunt, Dij esse non possunt, ergo ne mundus quidem totus Deus est, quem ipsi Stoici animantem & sapientem esse contendunt.)

Contra à Lactantio subtiliter tractatum.

Hic multa generis, & formarum argumenta conglobata potes intueri, & ab hoc exemplo tractationis imitationem ducere.

Alius vsus est generis in propositionibus, & est in ipsis iniambitu multa complectatur, prætermittitur vsus dicendi.

Alius vsus est generis in propositionibus, & est in ipsis iniambitu multa complectatur, prætermittitur vsus dicendi. Sententia, quæ ad hypothesein sternat viam.

Demosth. in oras. finit.

Sic Demosthenes, cum eorum prudentiam, & fortitudinem, qui pro patria occubuerant

ornaturus esset, præmittit, duo esse, virtutum principia commendatione digna, prudentiam, & fortitudinem, quarum illa, quid sit agendum præscribit, hæc exequitur.

Εἶναι γὰρ ἐστὶν ἀπάσης ἀρετῆς ἀρχὴ ἢ συνέσις, πρῶτος ἢ ἀνδρεία, καὶ τῆ μὲν δοκιμάζεται, τὴ πρακτικῶν ἐστὶ τῆ ἰσχύεται.

Hæc paucis, deinde mortuos vtriusque virtutis laude floruisse ostendit, ex quo inuuit, eos spectabili prædicatione commendandos, & Aristides in Panathenaica oratione ita incipit, vt ostendat, Nutritios quemque suos ex lege commendare: sibi Alumnos esse Athenienses; ideoque se hoc studium laudationis tantæ ciuitati debere.

Νόμος ἐστὶ τῆς Ἑλλῆσι παλαιῶς, οἱμοί, καὶ τῶ βαρβάρων τοῖς πλείστοις, τροφῶσι χάριν ἐκλήναι ἀπασιν ὀνηδωατή. εἰς ἅνας δὲ ἀν Ἰσοφίας προτέρως ὑμῶν ἀγοίτις, ἢ ἀνδρες Ἀθῆνῶν, δοκεῖν δὲ γὰρ ἀπασ εἰς Ἑλλῆνας τελέειν εὐρέλιον ἐρεῶν, ὡς γὰρ μοι φαίνεται, μάλιστα μὲν γὰρ καὶ τῆς νεομισμένης ταυτησὶ τροφῆς, καὶ κοινῆς, ὑμᾶς εὐδὺς ἀνέροι τις ἰπαινόμιος, καὶ πορισῶς, σκοπῶν καὶ ἀρχῆς, &c. Deinde concludit, Διὰ καὶ μόνα τὰ εὐνοῖαν ἔρχεται παρὰ πάντων ὑμῶν εἶναι κατὰ φύσιν.

Aelius Arist in Panathen.

De causarum dignitate, & numero.

CAPVT XLIII.

Postulat huius loci dignitas, vt cæteris consequentibus anteponatur, cuius, vt vis pleor in res insuit, sic cognitio, & vberior est, ad omnia comprobanda efficacior.

Vna quidem rerum omnium primaria est causa Mens æterna, quam omnem habere speciem pulchritudinis, & rebus creatis, veluti affusam esse, vel Porphyrius agnoscit, qui τὸ αὐτογένην καὶ αὐτὰρτερον, καλὸν αὐτόγῆλον nominat. Ab eo principio causarum omnes fluunt, & pendunt, quas in quatuor genera à philosophis distributa esse constat, in materiam, efficientem, formam, & finem;

Porph. in 4. de hist. Philosoph. citatur à Cyrillo contra Iulianū.

Quæ, ut in maioris mundi constitutione concurrerunt, sic, & ad res omnes, quas in hoc uniuerso ceruimus, producendas, mirabili virtute transfunduntur.

Prima ab æterno exitit causa efficiens, DEVS, opifex Vniuersi, quem in Amorem transformatum, cum mundum creare vellet, non insecitè finxit Pherecydes, quod hæc rerû productio permagnam sit amoris diuini argumentum. Creationem autem inchoauit à rudi, inertique rerum congerie, quam Chaos antiqui nominarunt, hanc deinde digessit, & omni ornamentorum genere mirificè locupletauit. Quod autem per istud Chaos, nihil aliud Orpheus, & Hesiodus intellexerint, quàm vetustissimum limum ex terra, & aqua; ex quo aceruo res omnes eductæ sint, declarat

Athenag. in Athenagoras Philosophus Christianus. Apolog. Ην γὰρ ὁ ὢν, inquit, ἡρχὴ καὶ αὐτὸς τοῖς ὄλοις, ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἡδὲ τῆς γῆς.

Materiam rudem, & informem, variæ potestæ, & multiplices formæ, in eius veluti gremium transfusæ Dei ita volentis arbitrio ad mirabili pulchritudine collustrarunt. Deinde omnia in vnius hominis vtilitatem & decus, suaui conditoris providentia, tanquam in finem directæ, atque constituta sunt.

Aristot. 2. Physic. c. 3. Cicero in Top. c. 58. Hæc, ut in Vniuersi molitione clarius licet intueri, sic etiam in rebus singulis perspiciuntur, quæ ex his fermè quatuor causis compositæ sunt, atque constaræ. Ex quo plurimum ad probandum, & ornandum valent, ut in singulis plenius ostendam.

Causa in genere illud est, quod effectum per se producit, ad cuius productionem, cum materia, forma, efficiens, & finis vario modo insistant, merito omnes causæ nomine censentur.

Materia, & eius vsus apud Oratores. CAPVT XLIV.

Materia igitur est, ex qua res fiunt, quam Aristoteles libro 1. Physicorum nominat πρῶτη ὑποκείμενον ἢ ἡλικιά τι οὐκ ἔχον. ἢ ἡλικιά τι οὐκ ἔχον, quanquàm de materia prima loquitur. Constat enim ex Physicis aliam materiam esse primam, aliam secundam; aliam proximam, aliam remotam; aliam permanentem, aliam transuentem, & cæc. huiusmodi.

Prima est illa propriè, quæ primum subiectum nominatur, quæ formam accipit, nec ipsa formam habet, quam Synesius hymno primo *Sines. hym. 1.* ἡλικιά τι οὐκ ἔχον, terram mundi nominat.

Materia remota sunt, V. G. ligna in sylua, ratione habita domus extruendæ, eadem iam recisa, affabrefacta, & dedolata, in proximam materiam cedunt.

Permanens denique est, quæ in re effecta manet, ut aurum in statua.

Transiens, quæ transiit in aliud, ut farina & aqua in panem. Sed omnis istis, quæ Physicorum sunt propria, huius causæ apud Oratores vsus tradendus est. Illi reuertuntur e hanc mentem à nimis plerumque subtilem primæ materiam investigationem, materiam tum naturalis, ut in corpore humano, tum etiam arte signatam, ut in manufactis sepius confideant; & inde in compositum efficiunt argumenta. Lactantius, mundum & factum esse, & corrupti posse probat ex eo, quod tali materia sit eo natus, quæ mutationi subiacet.

Materia verò semper fuisse non potest quia mutationem non caperet, si facta. Quod enim semper fuit, semper esse non desinit, & vade abfuit principium, abesse hinc etiam finem necesse est. Quin etiam facilius est, ut id quod habuit initium, sine careat, quam ut habeat finem, eodè initio caruit.

Materia ergo si facta non est, nec fieri ex ea quicquam potest, si fieri ex ea non potest, nec materia quidem erit. Materia est enim, ex qua aliquid fit. Omne autem quod fit, quia recipit opificis manum, destituitur, & aliud esse incipit. Ergo, quoniam finem habuit materia, tum cum factus est ex ea mundus, & initium quodque habuit. *D. Ambr. Hexam. l. 2. c. 3.*

Diuus Ambrosius in Hexamero, à materia quoque naturali aquæ sic ducit argumenta.

(Videmus plerumque exire nubes de montibus. Quæro vtrum de terra ascendat aqua, an ea, quæ super caelos est, largo imbri descendat. Si ascendit, vtrique contra naturam est, ut ascendat in superiora, quæ grauior est, & portetur aere, cum aer subtilior sit. Aut si conciti orbis totius motu rapitur aqua, sicut imo orbe rapitur, ita summo diffunditur.)

In manufactis factis commune est à materia ducere laudis argumentum. Sic mensam ab Imperatore Iustiniano in templo sanctæ Sophiae dedicatam laudat Cedrenus. *Vsus materia in manu factis. Mirabilis materia m. a. c. d. in compend.*

(Mensam inquit) Iustinianus Imperator fieri iussit, opus imitatione nulla æquandum. Constat.

Baron. ad Iustin. anno 31.

Constabat vero auro, argento, omnisque generis lapidibus, lignis, metallis, omnibusque rebus, quas, & terra fert, & mare, & uniuersus mundus. Ex omni enim materia pretiosa plura, ex viliori pauciora collegerat, liquatisque his quæ fluunt, sicca illis immiserat, atque in formam mensæ abfoluerat. Itaque varium illud opus intuentibus stuporem iniiciebat.)

Hegesipp. in anar. h. h. flor. a.

Similiter Hegesippus in illa stebili monodia, pulchritudinem Solymæ commendans:

(Vbi, inquam, es ciuitas referta populis, venerabilis regi, us, acceptabilis Deo, gratiæ sedes? Panimenta tur de marmore, parietes tui fulgentes marmore, portæ tuæ micantes auro, alia argento nitent.)

Si res, quæ commendatur, vilioris sit materia, formæ verò præstantioris, omnia materia, forma ipsa commendari solet.

Negatio materia facta est illius. D. Amb. l. 6. cap. 70.

Etiã, gloriosum in Deo, Angelis, & anima humana negare materiam, quæ nulla est. Sic D. Ambrosius.

(Quis hoc dicit nonne Deus, qui te fecit? Quid est Deus? estne caro, an spiritus? non caro utique, sed spiritus. Cuius similis caro esse non potest, quia ipse incorporeus, & inuisibilis est, caro autem comprehenditur, & videtur.)

Aries, & go. comm. dantur à materia, id pite 24. est, obiecto.

Ad hanc quoque causam referuntur scientiarum obiecta, a quibus ipsius, quæ est in scientia dignitatis, sumitur argumentum, ut notat Aristoteles analytic. post. libr. 1. cap. materia, id pite 24.

exquirunt Physici Inter causas superiores efficientes, Prima est Deus, a quo graues sapè desumuntur amplificationes, qualis est illa D. Gregorij Nazianzeni, vbi per longam effectorum enumerationem, Deum primam, & nobilissimam causam causarum colligit.

Deus causa causa um, cuius primus est v. s. s.

Τὸ ἀνάκτα, ἢ θεωτότη, Δι δ' ὄμι, ἢ δὲν ἄνθ, Δι δ' ἀγγέλων χα εἶσα, Δι δ' ἀνέρες ἀπασί, Δι δ' ἦ, ἢ προλαμπέ, Δι δ' ὄμι, ἢ Σελήνη, Δι δ' ἄνω μέγα καλλί, Δι δ' ἀ βραχ, ἢ δ σμ ὄς, Πλαχέντ ἢ ἄ εἶ μ, Λο, πο ὡ ὕτα, χα μ, Σὺ γὰρ εἶπες, ἢ ἄ πάντα, Πρακ, ἢ τ, ἢ εἶδω.

Regem, Dominum. Per quem ymnis, per quem laudes, Per quem Angelorum chorus, Per quem jacula aterna, Per quem sol presurgit, Per quem cursum Luna, Per quem siderum ingens ornatus, Per quem homo grauius, Sortitus est intelligere diuina, Rationale animal existens, Tu enim condidisti vniuersum, Tribuens iuui cuique locum.

Hunc Fatū, Prouidentiam, Naturam, sæpe Philosophi Ethnici nominant, ut author est Seneca. Vis illum Fatum vocare? non errabis. Hic est ex quo suspensa sunt omnia, ex quo omnes causæ causarum. Vis illum Prouidentiam dicere? recte dices. Est enim cuius consilio huic mundo prouidetur, ut inconcussus eat, & actus suos explicet. Vis illum Naturam vocare? non peccabis. est enim ex quo nata sunt omnia, cuius spiritu viuimus. Familiare est Oratoribus in eum omnium, quæ recte geruntur in vita, causas referre, contra, tristes etiam euentus eidem in scelerum vltionem assignare. Hoc Cicero, & Demosthenes sæpe faciunt, tum ad ex-citandos, tum ad leniendos hominum animos, qui numine velut omnium potentissima causa facilius reguntur. Alij potèd fatum a Deo discernentes, alteram, & proxima

Seneca in proem. vniuersum nat. Fatum eorum saepe ab oratoribus inter causas alle-gata in scelerum vltionem assignare. Hoc Cicero, & Demosthenes saepe faciunt, tum ad ex-citandos, tum ad leniendos hominum animos, qui numine velut omnium potentissima causa facilius reguntur. Alij potèd fatum a Deo discernentes, alteram, & proxima

Z. 3. ma

De causa efficiente.

CAPVT XLV.

Causa efficiens vna est, quæ latissimam dicendi campum suggerit, & non tam verbis, quam rebus facundam sustentat eloquentiam.

Hanc in multiplices ramos partiuntur, ex quibus maior nascitur libertas, & ratiocinandi facultas promptior. Alia causa superioris, alia primariæ, alia adiuuantes. Alia naturales, alia morales, alia artificiales. Alia procreantes, alia conseruantes, alia intermentes, & tot nomina, quæ enucleatius

mam Deo causam fecerunt. Est autem multiplex fati acceptio, ut recte notat Picas Mirandulanus aduersus Astrologos. Nam modò pro natura sumitur, & sic *ἡ δὲ ἀναγκαῖα δὲ ἀνάγκη*, naturalem mortem, appellat Demosthenes. Modò apud Ethnicos pro sideribus, modò etiam pro necessitate se per aeternam consequentiam nodos explicante ponitur, & ita plerunque impie nomen fati usurpant Astrologi, ut Ptolomæus, qui causarum connexionem ex motibus aëtorum vim, & efficaciam trahentem definiit, quòd allusit Iuuenal. cum dixit.

Iuuenal. sa
Eyr. 7 v.
200. cum
quo faciunt
Præcilliani
sa, & Bar
desanes,
Haracci.
Ammian.
Marcell. l.
23. c. 3. D.
Thom. 15.
S. phyc.
Boet. 4. de
cons. D.
Aug. in
Ioan. tract.
37. Oratores
Christian.
fati, & for
tuna nomi
ne, Ethnic.
more, vti
non debent.
Vide D.
Aug. l. 4. de
ciuit. Dei.
Pl. l. 2. c. 7.
quomodo
fortuna no
mine vian
tur Orato
res. Plu
tarch in
apoph.

Sidus, & oculi miranda potentia fati.
& Seneca in natur. question. cum vocat rerum omnium necessitatem, & actionem, quam nulla res potest irrumperere. Et vnde Ammianus Marcellinus: Nulla res humana, vel virtus, meruisse unquam potuit, ut quod præscripsit fatalis ordo, non fiat. Verùm Orthodoxa fides hanc fatum in actionibus humanis fati necessitatem exposuit, apud quam, fatum ut ex Boetio, & D. Thoma patet (est ordo causarum naturalium, vel rebus mobilibus inhaerens mobilis dispositio, per quam diuina providentia omnes suis quoque nequit ordinibus.) Hoc modo licet fatum inter superiores causas numerare. Alioqui vanum nomen est, & fatum non ponunt nisi fatum, ut ait D. Augustinus, tantum abest, ut orator Christianus debeat istius causæ mentionem facere. Multo minus Fortunæ, cuius tamen summum nomen est apud gentes. Huicæque, imagines, delubra, huic sexcenta nomina. *Primigenia, fortuna, viscosa, obsequens, redux, mamma, Barbara, Publica, Augusta* inuocatur, nunquam ineptiarum finis. Vna nominatur, vna accusatur, vna agitur rea, vna cogitatur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuictis colitur, volubilisque à plerisque, & cæca etiam exultimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorum fauorix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium solâ vramque paginam facit. Plerunque solent oratores ad detestandas aduersariorum laudes, prosperos eorum successus fortunæ ascribere. Quod ab Elchine contra se dictam confutat Demosthenes in oratione de Corona. Sic Timotheum fortissimum, eundemque felicissimum Imperatorem inimici dormientem piuxerunt, & recte gestantem, in quod ut bes, & viros vltro fortuna deuolueret. Castor etiam Deiotari Regis accusator, quod eius se

insidijs Cæsar expeditisset, tribuit Fortunæ Imperatoris: quam ob rem Cicero non leniter stomachatur. Contra si quos infelices habuerunt successus, culpam statim reiciunt in Fortunam. Verum præclare Satyricus,

Nullum nomen abest, si sit prudentia, sed nos
To facimus Fortuna Diæm, cæloque locamus.

Fortuna nulla est, ipsi homines fortuna sunt, dum inopinatos rerum, quas gerunt, sortuntur exitus, ut acutè ostendit Aristoteles: *ἡ δὲ ἄρτια ἕξει αὐτοῦ βίης, ὅτι οἷς ἕξει ἀποκαταρτὴ ἐνέξει τὴν*. Quamobrem hæc inania de fortuna commenta ab oratore Christiano commemorari, non modo indignum est, sed etiam superuacaneum. Omnis igitur his causis, aliæ inferiores sunt, & magis ad manum, partim naturales, partim artificiales. partim etiam morales. Eæque aut rem totam efficiunt, aut adiuuant, aut conseruant, aut interimunt, vnde nomina primariæ, adiuuantis, conseruantis, interimentis etiam causæ. Naturalium rerum causas in oratione ciuili, si sint extra statum causæ, curiosus non inquirunt oratores, ut si quis deliquit solis contentos exercitus, aut æstu maris haustas ciuitates memoret, non est illius continud scrutari causas, variasque, & diserepantes hac de re philosophorum afferre sententias: quanquam non nihil obiter potest attingere, cauere tamen debet ac sic nimius, nisi forte id causæ postulet. Vi si timore fracti, & debilitati sint animi, quod Eclipsis Solis, aut Lunæ ab Astrologo prædicta in terrorem contigerit: tunc orator pleniùs, & libentius ostendere poterit minimè mirandam esse, Solis defectiones, itemque Lunæ, prædicti in multos annos, ab Cic. 1. de diuin.

Aristot. l. 2.
phys. c. 4.
Vfus causarum naturalium apud oratores.



Cic. ibid.

totam rem nugatoriam esse. Si enim in extu aliqua vis, quæ declaret futura, necesse est eam, aut cum rerum natura esse coniunctam, aut conformari quodam modo numine Deorum. Atqui diuinarum rerum natura tanta, tamque præclara in omnes partes, motusque diffusa, quid habere potest commune? non dicam gallinaceum fel, (sunt enim, qui vel argutissima hæc extra esse dicunt,) sed Tauri optimi iecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quod declarare possit, quid futurum sit? Infinita contingunt etiam in civilibus causis similia, in quibus oratores, & falsas naturæ naturalium causas confutare, & veras statuere necesse est. Alias enim nihil opus est parcis in istis versari debent. Liberior hæc aliquantè seruantur historici, etiam qui res civiles describunt, data occasione defectuum Solis & Lunæ, ætus maris, eluisionum, pestilentie, incendiiorum, & ceteri eiusmodi causas requirunt. Sed Physicorum est, qui ex instituto res tractant, pleniorum de causis naturalibus instituere sermonem. Familiare est item in rebus arte factis, opera ab opificibus, libros ab authoribus, vrbes à fundatoribus, omnia denique inuenta à suis inuentoribus commendare. In civilibus vero causis, & ceteris orationibus, rerum, factorum, virtutum, vitiatorum, affectuum, euentorumque omnium causas indagare, proferre, enucleare. Ex his enim oritur non puerilis quædam, sed gravissimis aucta sensibus amplificatio: si modò germanæ cuiusque rei causæ assignentur. Tum verò si multa sint adiuvantes simul conglobatæ, gravem, & erectam maiestate faciunt orationem. Ducta est à causis efficientibus hæc Ciceronis amplificatio in Verrem: Agunt eum præcipitem pœnæ civium Romanorum, quos partim securi percussit, partim in vinculis necavit partim implorantes iura libertatis, & civitatis in crucem sustulit. Rapiunt eum ad supplicium Dii patrij: quod iste vnus inuentus est, qui è complexu parentum abreptos filios ad necem duceret: & parentes pretium pro sepultura liberum posceret. Religionem verò, ceremoniasque omnium factorum, sanorumque violatæ, simulachraque Deorum, quæ non modò ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris ab isto reclusa, atque abdita, consistere eius animum sine furore, atque amentia non sinunt. Item: Nihil te nocturnum præsidium palatij, nihil vrbes vigilie, nihil timor populi, nihil con-

Cic. act. 2. in Verr.

sensus bonorum omnium, nihil se minutissimus habendi senatus locus, nihil horum ora, vultusque mouerunt?

11. in Carib.

De Formæ.

CAPVT XLVI.

EXcellens quidpiam est, & (vt ait Aristoteles, *ἄριστον, ἀγαθὸν ἐκ τῶν ἐπιπέδων*) forma, per quam res est, id quod est, & ab vnoquoque discernitur. Forma formarum est, vt Prisme gisti philosophia liquet, verbum diuinum, cuius scintilla quædam sunt formæ omnes, quæ rebus insperatè eis essentiam, & vim quandam mirificam imperciuarur. Quæ si oculis paterent, quantum sui excitarent admirationem! verum, quæ nostræ cognitionis est tenuitas, vix vnâ ex infinitis nouimus, vmbra quædam, & vestigia formarum confectari cogimur. Duplex autem est forma, vna quidem inanima, quæ cognosci satis non potest: Altera species quædam externa, & rei compositio, seu figura, de qua frequentius loquantur oratores. Qualis erat terra incomposita, talis res sine forma: Istius deinde compositionis, atque ornatus gratia plurimum in se deriuauit dignitatis. Hanc formæ pulchritudinem disertè commendat Diuus Ambrosius. *Erat incomposita, quia nuda gignentium, nec thoris herbosa reparum, nec opaca nemoribus, nec læta segetibus, nec vmbrosa supercilij montium, nec odora floribus, nec grata vinetis. Merito incomposita, quæ ornatibus indigebat, cui deerant vitium lecta gemmantium. Ostendere enim voluit Deus, quia nec mundus haberet gratiam, nisi eum vario cultu operator ornasset. Cælum ipsum intextum nubibus, horrorem oculis, mortitiam animis excitare consuevit. Terra imbribus madefacta fastidio est, maria procellis turbata, quos non incutiunt metus! Pulcherrima est rerum species. Ductum est item à forma nobilitate hoc, quod sequitur argumentum. Animam habes Dei signatam caractere, hanc igitur Deo reddere debes, quod plenius explicat Theodotus in Epitome. *Ἐπὶ τὸ προκομιζέντων νομίμα τὸ ὀκλίμα ἔειπεν, οὐ τίνος τὸ κτήμα, ἀλλὰ τίνος ἢ εἰκῶν καὶ ἐπιγραφῆς. Καίταρ ἴνα οὐ ἔστιν, ἐκείνο δὸδν. οὐτὸ καὶ ὁ πινσὸς ἐπιγραφῶν μὲν ἔχει διὰ Χριστοῦ τὸ δυν-**

Arist. lib. xi. Physic.

D. Amb. Hexam. l. xi. c. 8.

Theod. in Epitome.

ὄνομα τῷ θεῷ, τὸ δὲ πρῶτον ὅτι εἶδον.
 Ut in numismate, inquit, Casariano, quod Domino oblatum est, quæ sicut ipse non cuius esset possessio, sed cuius esset imago, & inscriptio, ut illi redderetur. Sic fidelis signatus est à Christo, Dei nomine, spiritum vero habet Dei imaginem. Ex quo infert Deo reddendum esse. Raro ab istis formis intrinsecis, quæ ignotæ sunt, sed ab extrinsecis, quæ videntur, argumenta ducunt oratores.

B. Amb.
 Hexam. l. 6.
 6.9.

Sic hominem à figura, & specie corporis commendat D. Ambrosius. *forma tamen humani corporis est venustior, statur erectus, & excelsus, ut neque enormis proceritas sit, neque vilis, & abiecta pusillanimitas, tum ipsa habitudo corporis suavis, & grata, ut neque belluina vastitas horrore sit, nec gracilitas tenuis infirmitati.* Ac primum omnium cognoscimus humani corporis fabricam instar esse mundi. Siquidem ut cælum eminet aeri, terris maria, quæ velut quædam membra sunt mundi: Ita etiam caput supra reliquos artus nostri corporis cernimus eminerè, præstantissimumque esse omnium, tanquam inter elementa cælum, tanquam arcem inter reliquas urbis mœnia. In arce autem hac, regalem quandam habitare sapientiam secundum Propheticum dictum. Quia oculi sapientis in capite eius: hanc esse cæteris ruriorem, & ex illa membris omnibus vigorem, providentiamque deferri. Quid enim robur, & validitas lacertorum proficiat, quid velocitas pedum, nisi capitis velut Principis sui imperialis quædam administraretur potestas. Ex hoc enim destituuntur vaiuversa, aut omnia fulciuntur. Quid agat fortitudo, nisi oculo duce utatur in prælium? Quid fuga, si desit obtutus? Carcer est totum corpus, tenebroso inhorrens siva, nisi oculorum illuminetur aspectu. Quod ergo Sol, & Luna in cælo, hoc sunt oculi in homine. Sol, & Luna duo mundi lumina: Oculi autem quædam in carne sýdera fulgent desuper, & inferiora elato illustriant lumine, nec patiuntur noctis quibusdam nos tenebris implicari, speculatores quidam nostri die, ac nocte excubant. Nam & ex sopore membris cæteris citius excitantur, & vigilantes circumspectant omnia, & cætera, quæ ille vit admirabilis fufius proflequitur. Familiarissimum est ex hoc loco retum corporeatam tam naturalium, quam arte factarum descriptiones nobilissimas trahere, ut plenius suo loco ostendemus. Videntur ut Ambrosium illud os, etiam Hirundinem, &

nidum à materia, & forma simul describat *Hirundo minuscula corpore, sed egregie pio sublimis affectu, quæ indiga rerum omnium, pretiosiores auro nidos struit.* Deinde legit enim festucas ore, easque luto illinit, ut conglutinare possit. Sed quia lutum pedibus non potest deferre, summitatem pennarum aqua infundit, ut facile his pulvis adhæreat, & fiat limus, quo paulatim festucas, vel minutus furculos sibi colligat, atque adhærere faciat. Hæc de materia, statim formam exhibet, & fabricam speciosam instar pavimenti complanatam, sine texturatum simulis, ne teneris frigus irrepat.

De fine.

CAPVT XLVII.

Finis quidem exitu, caussarum vltima est, destinatione autè prima. Nam ut ex radice caudex, rami, folia, fructusque erumpunt: Sic ex fine tota vis, & ratio actionum humanarum existit. Nec sine causa Galenus *τὸ πρῶτον* nominat D. Chrysolomus ait imprimis cuique intelligenti considerandum esse finem, à quo si rerum omnium æconomia exierit, longè melior, & fortunatio erit, non modò in maioribus negotijs, sed in ijs etiam, quæ lenioris videntur momenti: *ὁ σωεὶς πρὸς τὴν ὑγίαν, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, πότερα ταύτα καὶ τὰ πρῶτα, καὶ ἐπιθυμίας ἢ πρῶτα.* quod spectat illud Satyrici.

Finis cognitio
 Galeni
 D. Chrysolomus
 orat. 3. de gloria
 Pers. sat. 3.
 v. 69.

Et al. quid, quod tendis, & in quod dirigis arcum:
 An passim sequeris soruos, testaque, iustaque,
 Securus, quæ pes ferat, atque ex tempore vivis

Invenit igitur imprimis in ijs, quæ tractantur rebus, finem accuratè cognoscere, quando ex eo prudens orationis distributio futura est. Sed evenit persæpè, ut siue propter ingenij, & iudicij imbecillitatem, siue ob pravos affectus, qui instar nubium clarissimo alioqui mentis sideri offunduntur, siue etiam ob infam rebus humanis obscuritatem, ad finem hallucinemur, fictamque pro vero arripimus, ex quo magni, & infiniti errores pullulant.

Finis primus
 est ubi
 minimu
 castorum
 nota esse
 debet qui
 an quis
 cognis
 tu suis
 diffillimus.



In quaestione, quam de finibus bonorum & malorum philosophorum disputatio ventilavit, ducentas octoginta, & octo sectas esse Marcus Varro Romanorum omnium doctissimus animadvertit: Quæ tamen omnes à vero aberrarunt, ipsa deinde media, quæ respectu vniuersi, ac solius finis permulta sunt, in infinitum crescere oportuit. Ex quo sexcentis erroribus, & vitijs oppletum fuit humanum genus. Nec mirum, si diuina habent oracula. *Hoc inveni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quaestionibus.* Vt in hoc, ita in multis, vel minimis quotidie peccatur ab imprudentibus, quo fit, vt magnum sit ad stabilendam causam adiumentum, destinatum finem agnouisse. Videas aliquos ad dicendum aggredi, antequam quid velint, aut spectent, aut à quibus, aut quomodo destinant. Vnde & verba quasi globulos ex argilla mittunt in pectora, quæ statim franguntur antequam eò, quod missa sunt, perueniant. Contra alios, qui & finem sincerum omnino spectant, & ipsum qualis sit egregiè norunt, faces, & sagittas ignitas in animos spargere. Tanti est in eo esse prudentem. Est autem finis, vt rectè animaduertit Aristoteles, id cuius gratia sit aliquid, idque non extremum, sed optimum, & rectè D. Augustinus finem perfectionem esse ait, non consumptionem. Vbi rectè assignatus est finis, quod in deliberationibus maximè facto opus est, ad eum tanquam ad centrum omnia argumenta referri solent, quæ media esse oportet ad finem destinatum consequendum. Hunc sibi finem aliquis proposuit, diuitem fieri oportet. *Bene moritur, qui dum moritur, lucrum facit.* Continuo avaritia suggerit argumenta ad finem accommodata.

*Quod viuus: cinis, & manes, & fabula fies,
Vine memor lechi fugit hora, hoc quod loquor inde est.*

De vsu & amplificatione causarum.

CAPVT XLVIII.

Ex his apparet huius loci vsum frequentissimum esse, eundemque vtilissimum. Materia ad corporearum rerum, siue naturalium, siue manufacturarum commendationem, vel vituperium valet. Qualis est enim materia, tale plerumque est opus, sic Cicero 3. de natura Deorum, omne corpus mortale esse probat, quia constat ex elementis. Omne corpus, inquit, aut aqua, aut ignis, aut aer, aut terra est, aut id quod concretum ex his, aut aliqua ex parte eorum, horum autem nihil est, quod non intereat. Efficiens eruditam habet cognitionem, & vbi multæ simul congruunt, per amplam dicendi materiam suppeditant. Tum in excogitando ingenium, in dirigendo iudicium, in explicando flumen orationis expriment. Forma interior ad Philosophos pertinet, species, & figura exterior ad hypotyposon vsum non mediocriter facit. Iam verò finis, in deliberatiuis orationibus, omnino necessarius est, & ad ordinandam orationis telam aptissimus. Ex causarum qualitate, effectorum fermè rationem, conditionemque inferimus, non leuibus argumentis, si modò causæ ipsæ rectè assignatæ fuerint. Alioquin non decet confutandi locus, si materia, si forma, si efficiens, aut finis, præter rem, aut etiam contra rem ab aduersario constitutus, ostendatur peccasse in principijs, causas, aut falsas pro veris, aut obscuras pro certis, aut pro germanis remotas attulisse: Aliæ proferantur, quæ cum ratione, & communi hominum sensu, & effectis consentiant. Sic qui Solem noctis causam dixerit, quod eius absentia terris nox irrepat, conuincetur falsam causam attulisse, non enim Sol causa tenebrarum est, licet ex eius absentia nox necessario consequatur. Verum cum ansam cæteræ causæ refutationis præbeant, maximè tamen efficiens, quæ vt plurimum in multos ramos diffundi solet, & accommodatè per amplificationem tractari.

Cic. 3. de
natura
Deorum.

Ecl. 7. v.
30.

S. Aug.
enarr. in
psalm. 33.
Vsu finis
in delibera-
tionibus
præcipuus.

Perf. sat. 6.
75.

*Vendo animam lucro, mercare, atque excute
solers,
Omne lacus mundi: ne sit præstantior al-
ter,
Cappadocæ rigida pinguis plausisse cata-
sta,
Rem duplici. Fecit: iam triplex, iam mihi
quarto
Iam decias redit in rugam. Depunge, ubi si-
stam.
Inuentus. Chryssipe, tui finitor acerui.
At si quis amat bonam mentem, & cœ-
lum itineris sui terminum statuit, inclamat
Spiritus.
— nostrum est*

Aa

Exem-

Exemplum istius confutationis habes in Arnobio contra Ethnicos, qui Christianos orbis terrarum omnium malorum fontem exitisse dicebant, hoc ille primum irrisione traducit.

Arnob. l. 1.
aduers. gen.
166.

Nunquid (inquit) postquam Christiani esse coeperunt, in contrarias qualitates, prima illa elementa mutata sunt, ex quibus res omnes consensum esse concretas? Nunquid machina huius, & molis, qua vniuersi regimur, & continemur inclusi, parte est in aliqua relaxata, aut dissoluta constructio? Nunquid vertigo hęc mundi primigenij motus moderamen excedens, aut tardius repere, aut precipiti coepit volubilitate raptari? Nunquid ab occiduis partibus atollere se astra, atque in ortu signorum fieri coepta est inclinatio? Nunquid ipse siderum Sol princeps, cuius omnia luce vestiuntur, atque animantur calore, exarsit, in teipuit, atque in contrarios habitus moderaminis soliti temperamenta corrupit? Nunquid Luna desijt redintegrare se ipsam, atque in veteres formas nouellarum semper restitutione traducere (ita ludit per interpretationem) mox ea, qua imputantur Christianis, ante Christianos contigisse conuincit. Casus, inquit, frequentissimi grandinis accidunt, in literis prisca non videmus imbres laeas totas saepe comminuisse regiones, difficiles pluuia fata faciunt emori, & sterilitatem indicunt terra. Immunis enim antiquitas malis ab his fuit, cum etiam flumina cognouerimus ingentia limis inhoruisse sicatis? Pestilentia contagia vrunt genus humanum. Annalium scripta perecurrere, vniuersas disces gentes saepenumero desolatas, & viduas suis esse cultoribus. (Deinde) quando est humanum genus aquarum diluuijs interemptum, non ante nos? Quando mundus incensus in fauillas, & cineres dissolutus est, non ante nos? Quando vbes amplissimae marinis cooperta sunt fluctibus, non ante nos? & caetera, qua ille vult profertur. Mox confutatis istis, qua afferebantur causis, alias subijcit. Quid si enim prima materies, qua in rerum quatuor elementa digesta est, miseriarum omnium causas suis continet irritationibus inuolutas? Quid si siderum motus certis signis, partibus, temporibus, lineis, pariunt haec mala, & subiectis afferunt variorum discriminum necessitates? Quid si stans temporibus rerum vicissitudines sunt, atque vt in maritimis aestibus, mo-

do secundae res affluunt, modo rursus resunt malis reciprocantibus prospera? Quid si materiae fax ista, quam sub nostris calcamus ingressibus, hanc habet sibi legem datam, vt expiret nocentissimos halitus, quibus corruptus aer iste, & corporibus labem ferat, & negotia infirmit humana? Quid si quod proximum vero est, quicquid vobis videtur aduersum mundo non est malum? Sic poterit hic locus disertè amplificari.

Effecta.

CAPVT XLIX.

Effecta, qua de causis haecenus dicta sunt, facile est effectorum rationem cognoscere, quando effecta sunt orta de causis, & habent perpetuum inter sese commercium. Quod sit vt causa in quatuor distincta species, tot effectorum creent genera: Est enim suus cuique effectus, quasi soboles addicta, ex quo vitium suarum capit argumentum. Homo corporeus est, videtur, tangitur, palpatur, hoc habet à materia: ratio emittitur, intelligit, sapit, & id nactus est à forma: Tres facultates, in vna anima praecellentes obtinet, intellectum, voluntatem, & memoriam. Causae efficiētis, hoc est, Dei vnius in tribus personis character est eximius, & maximus. Ad aeternum bonum se, sua que dirigit, ad hoc finis proprius impellit. Ita quaeque causa distinctos sortitur effectus. Est autem huius loci vici amplissimus, idemque fecundissimus. Si genus demonstratiuum spectes, sapius hoc pertextitur loco: quid enim illa rerum gestarum commemoratio aliud continet, quam effecta? Si iudicialis generis habeatur ratio, hoc loco fulcitur; cum praesertim, tam frequens facti, & infecti quaestiones agerentur. In deliberatio quoque genere multa necessarii effecta, sapius expromenda sunt, sed haec in vno. Nunc si accuratius consideretur, ad tria potissimum vtilissimum inuenitur. Primum est, quod res eas, quas sua natura texit, & quasi tenebrarum latebris vallauit, effectorum beneficio, quasi per sobolem parentes, agnoscamus. Si non plena, saltem rudis cognitione. Sic Deus O. M. ex effectis agnosceatur, vt argumentatur Minutius. At enim, quem colimus Deum, nec ostendimus, nec viderimus. Imò ex hoc Deum credimus, quod eum sentire possumus, videre non possumus. In operibus

Vide Cuius in Topic. 67.

Vici amplissimus.

Minutius Felix in Octauis.

ribus enim eius, & in mundis omnibus motibus, virtutem eius, semper presentem aspiciamus: cum tonat, fulgurat, fulminat, cum serenat. (Deinde) Eiras o homo, & falleris. Vnde enim Deus longè est, cum omnia cœlestia, terrenaque, & quæ extra istam orbis prouinciam sunt, Deo cuncta plena sunt? Vbi que non tantum nobis proximus, sed infusus est. In Solem ad eò rursus intende: cœlo affixus, sed terris omnibus sparsus est. Pariter presens vbi que interest, & miscetur omnibus, nusquam enim claritudo violatur. Quanto magis Deus author omnium, ac speculator omnium, à quo nullum potest esse secretum, tenebris interest, interest cogitationibus nostris, quasi alteris tenebris! Non tantum sub illo agimus, sed cum illo (ut propè dixerim) viuimus. Ne nobis de nostra frequentia blandiamur, multi nobis videmur, sed Deo admodum pauci sumus.

D. Cypr. lib. de bono patientia.

Sic ex eo quod videamus Dei nutu, tempora obsequi, spirare ventos, fontes fluere, grandescere mellium copias, fructus mitescere vinearum, exuberare pomis arbuta, nemora frondescere, prata florere, Dei bonitatem laudat Cyprianus. Ex eodem loco petuntur, virtutum, vitiorum, affectuum, quæ oculis corporeis minimè parent, argumenta. Ita non videretur? Audax, & minax iratorum vultus, tristis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra, & vehementius acta suspiria, iræ soboles, satis arguunt qualis mater ipsa sit, si adhuc ignoras? Vnde, ut per iram spumant apris ora, dentes acuntur attritu: Taurorum cornua iactantur in vacuum, & arena pulsu pedum spargitur: Leones fremunt, inflantur iratis colla serpentibus, rapidorum canum tristis aspectus est, ignorare non poteris, non leue monstrum esse, à quo tantus in omnibus animantibus furor pariat. Si turbinem nescis, rapta ab eo armenta, & rotas naues in sublimè elatas agnosce, quam vehemens, & furiosus sit, agnosces.

Vide Sen. lib. 2. de ira.

II. Ad narrationes, & descriptiones plurimum valent effecta, ex ijs enim res clarissimè subiiciuntur oculis. Sic canina fames describitur ab Ouid.

petit ille dapas sub imagine somni,
Oraq; vana mouet, densenque in dente fatigas,
Exercetque cibo delusum guttur inani,
Proque epulis serues, nequicquam denotat antas.

Vi vero est expulsa quies, furis ardar edendi.

Perq; amidi fauces, immensa que viscera regnat.

Nec mora, quod pontus, quod terra, quod adiacet aer,

Poseis, et appositis quoritur ieiunia mensis, Inque opulis epulas quaris, quodque urbibus esse,

Quodque sacis poterat populo, non sufficit vni.

Plusque cupit, quo plura suam demittit in alium.

Similia sunt infinita, quæ in libro descriptionum reperies.

III. Ad amplificationes aptissimi sunt effectus, & quo plures sunt, eò fufius rem extendunt. Rectè autem tractantur per congeriem vibratam, & intercilam, ut Patientia est, quæ nos Deo commendat & seruat: Ipsa est, quæ iram temperat, quæ linguam frenat, quæ mentem gubernat, pacem custodit, disciplinā regit, libidinis imperum frangit, cum oris violentiam comprimit, incendium simularis extinguit, coercet potentiam diuitum, inopiam pauperum refouet, tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in coniunctis, & maritatis indiuiduam charitatem, facit humiles in prosperis, in aduersis fortes, contra iniurias, & contumelias mites, &c.

D. Cypr. de bono patientia.

Quod ad vim, & vsum argumenti attinet, Vis huius non est vbi que ratum, malam esse causam, ex qua mali effectus prodeunt, sit enim plerunque, ut ex alio fonte manent effecta, quæ certis causis ascribimus, cum ipsæ tantum per accidens concurrant, ut non est ferrum malum, quod interficit, sed nos ipsi improbi, qui id in mala nostra conuertimus, quod aduersus feras datum est. Er ita Seneca ventos bonos esse probat ab effectis permultis. Dedit, inquit, Deus ventos ad custodiendam cœli, terrarumque temperiem, ad euocandas, suppressendalque aquas, ad alendos satorum, arborumque fructus: quos ad maturitatem cum alijs causis adducit ipsa iactatio, attrahens cibum in summa, & ne torpeat promouens, & cæt. At si lacerant nauigia, nostrum peccatum est, qui per auaritiam clementa mundi confundimus.

Vis huius argumenti.

Senec. lib. 5. qua. nar.

Ad 2 Ad 3

Adiuncta, Antecedentia, Consequentia.

CAPVT L.

VT diuersis coloribus illatae fulgent ta-
bella dulcius, atque excitatius sunt gra-
tae: Ita varijs vndique adiunctis perspersa
quorquor caeli ambitu res continentur, sua-
uiorem quandam habent speciem dignitatis.
Illa igitur vocantur adiuncta, quod sint cum
re coniuncta, quae tantam probationum ma-
teriam suggerunt, vt hic vnus locus, ratio-
num, & argumentorum seminarium meri-
to appellari possit. Habet autem apud Rhe-
tores (vt notat Marcus Tullius in Topicis)
locum praecipuum. Nam & ij adiunctis
vtuntur saepius, & delectantur impen-
situs. Omnia orationum genera siue illa Dem-
onstratiua sint, siue Deliberatiua, siue etiam
ad forum, controuersiasque pertineant, hoc
vno maxime nituntur loco, ita tantum ha-
bet vbique fecunditatis. Licet autem innum-
mera sint, quae vocantur coniuncta, possunt
tamen ad septem genera reuocari, quae vul-
gari verficulo continentur:

Adiuncta
latissime
patent apud
Oratores.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Quis, personam significat, in qua spectan-
tur adiuncta animi, corporis, & fortunae (vt
vulgus appellat) in animo expenduntur affe-
ctiones, vt amor, & iracundia; vitia, vt ambi-
tio, auaritia, luxuries; artes denique, & disci-
plinæ, vt Grammatica, Rhetorica, Philosophia,
quae omnia latissime diffunduntur. In cor-
pore, figura, species, color, deformitas, pul-
chritudo, valetudo, debilitas, tarditas, agilitas
&c. In externis, nomen, genus, coeditio, vi-
ctus, vestitus, consilia, facta, casus, orationes,
&c. propè infinita.

Salustii in
Catil.

Ab adiunctis animi, fortunae, & corporis
sumptum est illud Sallustij, Lucius Catilina
nobili genere natus fuit, magna vi, & corporis,
& animi, sed ingenio malo, prauoque:
huic ab adolescentia, bella intestina, cedes, rap-
inae, discordia ciuilib, grata fuere, ibiq; iuue-
tutem exereuit, corpus patiens inediae, algo-
ris, vigiliae, supra quam quicquam credibile
est, animus audax, subdolos, vanus, cuiusuis
rei simulator, ac dissimulator, alieni appetens,
sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis lo-

quentiae, sapientiae parum, vastus animus, im-
moderata, incredibilia, nimis alta semper eu-
piebat. A corpore ductum est illud Martialis. *Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine luf-*
cus, *Rem magnam praestas, Zoile, si bonus es.* Martialis ep. 4. l. 32.

Item Ciceronis, Nonne ipsum caput, & su-
percilia illa penitus abrafa, olere malitiam, &
clamitare crudelitatem videntur. Nonne ab i-
mis vnguibus vsque ad verticem summum, si
quam coniecturam afferit hominis tacita cor-
poris figura, ex fraude, mendacis, & fallacis
constare videtur; qui idcirco capite, & super-
cilijs semper est ralis, ne pilum vllum boni
viri habere videatur. Sic Medici, & Phytog-
nomici sana esse corpora conijciunt ab ad-
iunctis, quando appetitum habent cibi addi-
ctis horis, bene comedunt, & aequè digerunt,
suos somnos dormiunt, citò sudat, raro ster-
nutant, leniter incedunt, mediocriter pingues-
cunt, & omnibus sensibus vigent, haec adiun-
cta sunt sani corporis.

Cicero.

Accedunt externa, vt vestes, apparatus, com-
mitatus, &c. Sic D. Gregor. Nazianz. in de-
scriptione muliebris choragij, varia ornamē-
torum adiuncta profequitur. *Ξανθὰς ποικα-
μιδας, βροχίαν ἐλικας, & ἑρσοματα σκη-
νοποιῶντων τὴν ἑμῶν κεφαλὴν ἀλεμόματα,
& ἑδῶν περιπέρεσος, & διαφανὲς πολυτέ-
λειαν* &c. de quibus alio loco.

D. Gregor.
Nazianz.
orat. 11.

Quid, n egorium ipsum, quod geritur, indi-
cat, itaque potius est adiunctorum iedes, &
fundamentum.

Vide Cicin
parit.

Vbi, loci differentias complectitur, sacri,
profani, maritimi, remoti à mari, plani, mon-
tuosi, leuis, asperi, salubris, pestilentis, opaci,
aprici, culti, inculti, celebris, deserti, aedifica-
ti, vasti, obscuro, rerum gestarū vestigijs nobi-
litati, à quibus singulis possunt desumi argu-
menta; Sic Marcus Tullius, Antonij, qui pro
concione vomuerat, aedificatem à loco exag-
gerat. Si inter caenam in tuis illis immanibus
poculis, hoc tibi accidisset, quis non turpe
duceret? In caetu verò P. R. negotium publi-
cum gerens, magister equitum, cui ructare
turpesset, is vomens frustis esculentis vi-
num redolentibus gremium suum, & totum
tribunal impleuit.

Cic. 2.
Philipp.

Auxilia non modò ministros, sed varia quo-
que instrumenta ad rem gerendam necessaria
complectuntur, vt in venatione sunt:

Estia

Virg. 4. Aeneid. Oppianus fufius: *Reia varia plaga lato venabula ferro.*

Δίκτυα τε χαλίδας τε βρόχων τε πολύσωνα.

Δεσμὰ

*Ἀρκοῦς ἐστρεφέας τε λογούδ, ταυρόν τε πάλ-
νατρον:*

*Casseque, furculasque, funiumq; stridentia vin-
cula,*

*Reia crassa, venēq; plexa vimina, longumque
Pantherom.*

Cur. Caussam amplectitur, siue vnam, siue
plures, maximē tamen effectrices, adiuuan-
tes, vel finem, qui ad agendum impulerit, de
quibus superiori loco dictum est.

Quomodo. Rei gestæ varios modos enu-
cleat, si sacrificium, si triumphus, si pompa, si
cædes narratur, statim modus, & ratio rei
gestæ ponitur ob oculos. Sic Arnobius con-
tra gentes, ritum Ethnicorum in colenda Cy-
bele percenset, & interpretatur. Quid enim
sibi vult illa pinus, quàm temper statis diebus
in Deum matris intermittitis. sanctuario?
Nonne illius similitudo est arboris, sub qua
furens manus, & infelix adolescentulus in-
tulit, & genitrix diuū in solarium sui vul-
neris consecranit. Quid lanarum vellera,
quibus arboris colligatis, & circumuoluitis
stipitem? Nonne illarum repetitio lanarum
est, quibus iam deficientem contexit, & te-
poris aliquid rata est se posse membris con-
ciliare frigentibus? Quid compti violaceis
coronis, & redimiti arboris ramuli? Nonne
illud indicant, vt mater primigenijs flori-
bus adornauerit pinum miserabilis indicem,
testimoniumque fortunæ. Quid pectoribus
applaudentes palmas passis cum erinibus Gal-
li? Nonne illos referunt in memoriam Iuctus,
quibus mater Turrita cum Aedesti lachry-
mabili puerum prosequuta est eiulatu? Quid
temperatus ab alimonio panis, cui res dedi-
stis nomen *Cassus*? Nonne illius temporis i-
mitatio est, quo se numen ab Cereris fruge
violencia mortoris abstinuit: Sic ab adiunctis
modi, & variorum instrumentorum, carpea-
di illius sacri impij verē, & ridiculi materiam
quæsiuit. Eodem modo Heliodor. Aethiop.
hist. lib. 1. Pompam describit ab adiunctis.

Heliod. Aeth. 3. *Ἠγεῖται ὡς ἑκατόμβη τῶν τελευτήτων ἀνδρῶν,
ἀρχικότεραν βίαν τε καὶ πολλὰν ἐφελκόμενα.
τὸ μὲν ζῶσµα ἑκάστω χιτῶνα λευκὸν εἰς ἀγ-
κύλλω ἀνέσειλε, χεῖρ δὲ ἢ δεξιὰ σὺν ὤμῳ καὶ*

*μαζῶ παραγῶνθεν μὲν πλέκω διάσμον ἰ-
περὰ δ' αἰνερ.*

Primum quidem procedebant centumviri
initiati, non minus vita, quàm veste rustici,
& singuli tunicas habebant candidas, quas
tortilis nodus substrictas colligebat. Manus
dextera simul cum mamilla, & humero nu-
data, ancipitem securim vibrabat, &c. de quibus
in descriptionibus.

Quando, designat tempus. In temporibus
præsentia, & præterita, & futura cernuntur.
In his ipsis vetusta, recentia, infantia, paulo
post, aut aliquando futura. Insunt etiam in
temporibus illa, quæ temporis quasi naturam
norant, vt hyems, ver, æstas, autumnus; aut
anni tempora, vt mensis, vt dies, vt nox, ho-
ra, tempestas, quæ sunt naturalia. Fortuita
autem, sacrificia, festi dies, nuptiæ. Inter hæc
adiuncta, alia alijs præstantiora, & rei pro-
piora sunt, longè enim magis proprium est
homini loqui, equo hinnire, quàm illi pileū,
huic ferre ephippium. Ex quibus facillè col-
liges, licet adiuncta eius sint naturæ, vt rem
necessariò non conuincant, vbi tamen magis
singularia sunt, aut multa simul conglobata,
non parum obtinent roboris: vt in cæde pro-
banda telum, cruor, clamor, titubatio, per-
mutatio coloris, oratio inconstans, tremor,
&c. Confutantis erit ea, quæ ex adiunctis ad
probandum erunt petita, vt obscura, incerta,
omni mutationi obnoxia resellere; eadem re-
bus ab eo, quod intenditur alienissimis, tri-
buere, vt pallorem, timorem, & trepidationē,
etiam innocentissimis ad criminis facti noui-
tatem obstupescentibus.

M. Antonius 2. de oratore, adiuncta cum
antecedentibus, & consequentibus coniun-
git. At verò M. Tullius in partitione rectè
distinguit, quoniam adiuncta ex sua natura
non concludunt necessariò, quod sint rerum
signa, & *σπινδόνος*. Antecedentia verò, & con-
sequentia necessitatem habent conclusio-
nis, si modò talia sint, quæ talia esse oportet. De
his hæc habet Cicero in *T. Topicis*. Locus
Dialecticorum est proprius ab antecedenti-
bus, & consequentibus, & repugnantibus,
nam adiuncta, de quibus antè diximus, non
semper eueniunt. Consequentia verò ea di-
co, quæ rem necessariò consequuntur. An-
tecedentia, quæ rem necessariò antecedunt:
vt si homo est, animal est, si Sol ortus est, dies
est. Talia sunt illa Lactantij. Quod dissolui-
tur interit, quod interit ortum sit, necesse est,

*Adiuncto-
rum ab an-
tecedent. &
consequent.
discrimen.*

*Lact. l. 2. e.
9. exempl.*

A a 3 quod

*Antoed. lo-
cus an ab
alijs seim-
gatur.*

quod ortum est, habuit fontem vnde o-
ratur, id est, factorem aliquem, sentientem,
prouidum, peitumque faciendi. Item,
Quod semper fuit, semper esse non desinit,
& vnde abfuit principium, abesse hinc etiam
finem necesse est. Materia si facta non est nec
fieri ex ea quicquam potest, si fieri ex ea non
potest, nec materia quidem erit. Materia e-
nim est, ex qua aliquid fit. Dices hunc locum
minimè videri ab alijs seiuendum, cum
praesertim instar spiritus, & sanguinis perme-
at vniuersos. Ita res quidem se habet, si res ip-
sae spectentur, at verò si necessitas consecutio-
nis, quae sola considerari debet, in iudicium,
disceptationemque veniat, peculiarem ordinè
constituit. Minus quidem apparet in ijs exem-
plis, quae causa sunt, & effecta, vt si Sol lu-
cet, dies est, postet & illud quoque; exemplum
ad locum causarum referri. At si dicam vir
est, igitur & puer fuit aliquando, facilius hæc
inferendum ex altero perspicietur necessi-
tas. Locus hic, vt patet, ad subtiliter aliquid
colligendum magis, quam ad alendam ora-
tionis fecunditatem facit. At verò adiuncta
locos amplificationum eximios suggerunt,
quod licet passim inueniri: vel hic vnus spe-
ctetur magni Senecæ locus, quo auaritiam de-
scribit ex adiunctis.

*Senec. l. 7.
de benef.
c. 10.*

Quid agis auaritia? quot rerum charitate
aurum tuum victum est? Omnia ista, quae re-
tuli, in maiore honore, pretioque sunt. Nec
volo tuas opes recognoscere, laminas vtriuf-
que materiae, ad quas cupiditas nostra cali-
gat. Deinde, Video istic diplomata, & Synga-
phas, & cautiones, vacua habendi simulachra,
vmbra quasdam auaritia laborantis, per quas
decipiant animum, inanium opinione gau-
dentem. Quid enim ista sint? quid foras, &
Kalendarium, nisi humanae cupiditatis extra
naturam quaesita nomina? Quid sint ista tabu-
lae, quid computationes, & venale tempus, &
sanguinolentæ centesimæ?

*Histor. Pli-
b. 3. c. 6.*

Quid aliud habent, quam adiuncta, tot de-
scriptiones corporum, vt camporum, fontium,
fluuiorum, arborum, metallorum, & cetera.
Malus punica sic describitur ex adiunctis.
Punica malus arbor est, haud aded procera,
folio angusto, niri dique; virens, oleae, aut myrti
æmulo, crassiusculo, rubris intercurrentibus
venulis, è rubro pediculo pedulo. Rami mul-
ti flexiles, spinosi: flores puniceae, oblongi, ca-
lathi modo patuli, ore stellatim dissecto, è
quo folia emergunt tenuia, colore coccineo a-

grestis papaueris emula, cum granulis quibus-
dam. medijs capillamentis appendis, vt in rosa,
Fructus, pomum est coctio, & membrana rectum
extra rufescente, intra fuaescente, innumeris
granis farrum, angulosis, rubentibus, vniuerso
succo refertis officulis in eis latentibus, quae
grana incursatibus flauis, tenuibusque mem-
branis, miro naturæ artificio distinguuntur.

Contraria repugnantia.

CAPVT LI.

Ampitheatrum quoddam est hic locus,
in quo pugnantium, & collidentium inter
se argumentorum robora gratius perspiciun-
tur, & melius: Siquidem contraria contrarijs
opposita magis elucescunt. Quantam maiesta-
tem habeat hæc argumenti ratio, patefaciam
hoc exemplo. Si dicam Christianos pudicos
esse, continentis, moderatos, patientes, iustos,
simplices, parum habet ornatus oratio. At si
contentionem institutam, & Ethnicorum (vel
apud suos optimorum) virijs oppositis Chri-
stianis virtutes ostendam, longè clarius, &
suauius emicabunt.

*Vide Arist.
in categor.
c. 3. Cic. in
top. sect. 17.
Dignitas
huius loci
ostenditur
illustri ex-
plo.*

Hoc praestat argumento à contrarijs Ter-
tullianus. Cæterum, si de pudicitia prouocemur,
lego partem sententiae Atticae in Socra-
tem corruptorem adolescentium pronun-
tiantem. Christianus uxori suae soli masculus
nascitur, Democritus excecando semetip-
sum, quod mulieres sine concupiscentia
aspicere non posset, & doleret, si non
esset potius, incontinentiam emenda-
tione profiteretur: At Christianus saluis ocu-
lis foeminam vider, *animo aduersus libidinem
caecus est.* Si de probitate defraudam, ecce
lutulentis pedibus Diogenes superbos Pla-
tonis thoros, alia superbia deculcar: Chri-
stianus, nec in pauperem superbit. Si de mo-
destia certem, ecce Pythagoras apud Thu-
rios, Zenon apud Priennenses tyrannidem
affectant, Christianus verò, nec ciuita-
tem. Si de æquanimitate congregiar, Ly-
curgus ἀνορετικῶν oprauit, quod leges
eius Lacones emendassent: Christianus e-
tiam damnatus gratias agit. Si de fide com-
parem. Anaxagoras depositum hostibus dene-
gavit, Christianus etiam extra fidelis vocatur.
Si de simplicitate consistam, Aristoteles
familiarem suum Heimiam turpiter loco
excide-

*Tertull. in
apolo. l. 47.*

occidere fecit, Christianus, nec inimicum suum laedit. Idem Aristoteles, tam turpiter Alexandro regendo potius adulatur, quam Plato à Dionysio ventris gratia vendicatur: Aristippus in purpura sub magna grauitatis specie nepotatur, & Hippias dum ciuitati insidias disponit, occiditur. Hoc pro suis omni atrocitate dissipatis, nemo vnquam tentauit Christianus. Hæc, et vides, oratio, quæ tam grandis affurgit, fulcitur loco à contrarijs, cuius vis magna est, & amœnitas pergrata. Solent autem hæc contraria in quatuor partiti genera, Aduersa, Priuantia, Affecta ad aliud, & Contradicentia. Aduersa sunt, quæ sub eodem genere posita plurimum differunt, vt virtus, & vitium. Conueniunt enim in genere qualitatris. licet alioqui quam maximè discrepent. Talia sunt ista: Ex hac parte pudor pugnat, illic pecculantia; Hinc pudicitia, illinc stuprum: Hinc fides, illinc fraudatio: Hinc pietas, illinc scelus: Hinc constantia, illinc furor: Hinc honestas, illinc turpitudine: Hinc continentia, illinc libido.

Vfus huius loci est, vel in amplificanda, vt si sobrietatis honestas & decus, ex desertipione ebrietatis subijciatur oculis, & dicas, sobrietatis eam esse pulchritudinem, quæ fatis corporeis oculis videri nequeat, eam melius ex opposito ebrietatis vitio intelligi. Deinde stulticia, & foeditas ebriorum exaggeretur his verbis, Se dentes in foribus tabernarum homines, tunicam non habentes, nec sumprum sequentis diei, de Imperatoribus, & Potestatibus iudicant, imo regnare sibi videntur, & exercitiis imperare. Fiunt ebrietate diuites, qui sunt in veritate inopes. Aurum donant, dispensant pecunias populis, ciuitates adificant, qui non habent vineæ cauponis sui pretium soluunt. Feruet enim vinum in his, & nesciunt quid loquantur: diuites sunt, inebriantur: mox vbi vinum digesserint, cernunt se esse mendicos. Vno die bibunt multorum dierum labores, de ebrietate ad arma conflunt, calcibus tela succedunt, pro vino sanguis effunditur, & ipsum sanguinem vina fuderunt. Quam fortes sibi videntur homines in vino, quam deserti, quam etiam pulchri, ac decori, cum stare non possint? Mens titubat, lingua bulbutit, pallor exanguis ora sufficit, fœtor ebrietatis horrori sit, Barbari in ferrum ruunt, vulgus in rixas, &

cœterâ, de quibus alibi plenius. His commemoratis, ponantur sobrietatis contrariæ virtutes, tranquillitas mentis, lumen ingenij, vis prudens, honestas, affabilitasque sermonis, studium sapientiæ, in rebus gerendis industria, in sumptibus faciendis moderatio, &c. ita ornatisima fient amplificationes. Alias vsus contrariorum est ad probabilitatem, stricteque, & limatè colligit argumentum duobus præsertim modis. Ab affirmatione ad negationem, & à negatione ad affirmationem. Ab affirmatione, vt etiam vno affirmationem. Ab affirmatione, sic Martialis:

Ebrius es, nec enim faceres hac sobrius vnquam.

Sapiens est, igitur minimè stultus. Hoc necessariò concludit. Aliter à negatione ad affirmationem non valet, nisi ea sint contraria, quæ nihil intermedium habeant, vt si verum est Syri axioma: Mulierem, aut amare seæper, aut odisse, nihil esse tertium: bene colliget, qui sic argumentabitur. Mulier non amat, igitur oderit necesse est. Contra titubat istud, non est albus, igitur est niger.

Priuantia sunt habitus, & eius priuationes, vt mors, vita, lux, tenebræ, visus, cœcitas. Differunt ab aduersis, quod priuationes nihil ponunt in re, sed solam contrarij absentiam indicant, vt mors, vitæ; tenebræ, lucis: cæteroqui ista nihil sunt. Deinde aduersa sibi inuicem succedere possunt, vt calor frigori, & frigus calori. At priuantia (si modo potentia non actus sit priuatio) hoc minime possunt. Cæteroqui habet illud cum cæteris commune, vt ipsis idem conuenire non possit, & se ex eodem subiecto expellant etiam validius, quam aduersa, quæ in temperato gradu sibi inuicem conciliari possunt. Eandem porro amplificationis materiam, ac superiora suggerunt. Nam V. G. D. Aug. in iacob. quæ. est vna non stræ.

D. Au.

Cic. in Catil. n. 25.

D. Amb. de Eliac. 1. 2.

D. Aug. in iacob. quæ. est vna non stræ.

D. Augustinus subtilis in inueniendo, in disponendo prudens, in elocutione minus saepe latinus. Sic qui cæcitatibus tranquillitatem, & commoda memorat, Petrarca Dialog. 96. Diuersa videndi facultati conuenire alleuerat.

Comparata, seu, vt Logis appellatur, relata ea sunt, quæ se mutua naturalis affectionis conuocione, complectuntur, vt datum, acceptum, pater, filius, id enim habent ex sua natura, contra legem cæterorum contrariorum, vt vnoposito ponatur & aliud, hoc sublato tollatur. Et ex hac ratione vim in affirmatione, & negatione capiunt. Vt ex quo profectò intelligi potest, quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto tanta sit gloria. Aptæ sunt ista omnino ad aliquid exiliter colligendum, minus ad amplificationis vbertatem valent, quòd fit vt ad Dialecticos, qui eadem copiosissime tractant, à Rhetoribus remittantur. Nec plus habent succi, quæ vltimo contrariorum loco recensentur. *Contradictoria*, quæ nihil aliud sunt, quam opposita, quorum vnum negat, alterum affirmat. Itaque simul de eodem, atque eadem ratione, vera esse non possunt. Vim habent ad presens, & subtiliter virgendum, conuincendoque vehementer aduersarios. Sic Cicero prima Tusciana mortuos non esse miseros probat contra Epicurum, quòd esse, & non esse, contradictoria sint, quæ simul vera esse, non possunt, nec falsa. Ergo cum mortui non sint, nec erunt miseri, alioqui simul essent, & non essent. Eo verò acius virgent, quo magis inter se pugnant, vt sunt *Repugnantia*, quæ nulla certa lege, aut numero dissident. Qualia sunt amare, & cruciari, parcere, & sæuere, dissimulare, & puare. Hoc loco inuectus est Tertullianus in edictum Traiani, qui Christianos non quidem inquiri, sed oblatos puniri volebat. *O sententiam* (inquit) necessitate confusam, negat inquirendos, vt innocentes, & mandat puniri, vt nocentes: Pareit, & sæuit, dissimulat, & animaduertit. Quid temetipsum censura circumuenis? si damnas, cur non & inquiris? si non inquiris, cur non & absoluis? Latronibus vestigandis per vniuersas provincias militaris statio fertur. In reos maiestatis, & publicos hostes, omnis homo miles est, ad socios, ad conscios vsque inquisitio extenditur, solum Christianum inquiri non licet, offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio, quam oblatio. Dæ-

natis ergo oblatum, quem nemo voluit requisitum; qui puto iam non meruit ideo penam, quia nocens est, sed quia non requirendus, inuentus. Et Lactantius eodem sermone telofert Stoicos, cum eos ostendit Deum facere præstantissimam naturam, eandemque vilissimam, si Deus est mundus (inquit) vt sentiunt, quòd eius præstantem naturam magis commendat, & partes eius vti que immortales sunt. Ergo & homo Deus est, quia pars est (vt dicitis) mundi, si homo, ergo iumenta, & pecudes, & cætera genera bestiarum, & auium, & piscium, quoniam & illa eodem modo sentiunt, & mundi partes sunt. At hoc tolerabile est, nam & hæc colunt Aegyptii, sed res eò peruenit, vt ranæ, & culices, & formicæ, Dij esse videantur, quia & ipsi inest sensus, & partes mundi sunt. Hoc genus argumenti ad refellendos, conuincendosque aduersarios potentissimum. Restat vt de similitudine, differentia, comparatione maiorum, minorum, & parium dicamus.

De similitudine.

Similitudinis locum esse non modo delectabilem, sed vilem contra Euclidem.

CAPVT LII.

Sæcna est mundus, plena imaginibus, homo ipse imago est, *Et in imagine pertransi*: quid mirum igitur, si rerum similitudinibus, & imitatione delectatur. Fuit illa quidem Euclidis, Magarensis, & aliorum nonnullorum sententia, locum similitudinis, vt prorsus inutilem de cæterorum albo eradendum esse: vel enim quòd affertur simile rei, cui accommodatur rectè congruit, vel est ab eius natura, rationeque disinctum. Si primum, cuius tandem (aiebat) simplicitatis est, cum corpus, habeas vmbra quærere, & rerum soliditate contempta, vanas imagines consecrari: si alterum, tota similitudo non modò inanis, sed etiam inepta redditur, atque importuna.

Sed hanc arguti hominis sententiam diluere non est ad eò nobis oppositum. Fatemur enim similitudines esse congruas rerum imagines, & eas quidem rebus etiam antea perspectis placere, & dum placeant persuadere.

Accidit enim sæpissime, vt viuum hominem, & spirantem minime miremur, at viui,

Cic. pro
ad arcell.

Repugnan-
tia.

Tertul. in
apolog. c. 2.

Lact. in di

Ratio Em-
pedocle.

Constru-
tur.

Et spirantis hominis effigiem, delicatissimum naui alicuius pictoris monumentum, ipsius artis, atque industria suauibus illecebris capti, longè magis amplectamur. Imò turpes, & monstrosos vultus, quos re ipsa odimus, in picturis diligimus, tanta est vis similitudinis. Nec immeritò Deus O. M. vt nos ad sui amorem pelliceret, suæ diuinitatis vestigia in rebus creatis longè, lateque dispersit, sed maxime in homine, cui se illustriori quadam maiestatis nota penitus affudit. Atque vt illum, Phidiam ferunt in Minerva, quæ præ cæteris simulachris eximia præstantissimæ manus gloria, omnibique artis lenocinijs expoliuerat, suam imaginem impressisse. Sic Deus præpotens ille rerum moderator homini radium suæ maiestatis, præclarissimam imaginem inulsi, nec eâ tantum re contentus, mundû illum elementarem, quem cernimus, ad superioris cuiusdam, atque intellectualis formam similitudinemue composuit. Deinde cum rudes, & impolitos homines ad se traduxit, sanctissimisq; legibus vincire cœpit, prius quidem figuras veluti quasdam veritatis umbras præmiserit, quas cœlesti postea luce collustraret. Quid in corpore ipso, num indicia sūt mentis, num animæ simulachrum est ratio, & rationis oratio? Num maioris mundi in minori ducta sunt lineamenta? Num Ecclesie status ad cœlestem hierarchiam collineat? nū facultates, num artes, num omnia, si bene spectentur, spirant quandam rationem similitudinis? Ex quibus profectò conformationis quadam necessitate similitudines videmus in orationem influxisse, quantum non modò suauis est iucunditas, sed ratio ipsa efficacissima est. Videre enim licet permultos, qui proposita rerum nuda varietate nullo modo mouentur, aucupio quodam elaboratæ similitudinis delectati, rapi, incendi. Hoc vt cætera disertissimè dixit D. Augustinus epistola centesima decima nona, vbi quantum in parabolis, & similitudinibus momenti sit positum, his verbis ostendit.

Simile à Minerva Phidia.

Omnia spirant similitudinem.

D. Aug. ep. 119. Præclarus D. Aug. loquitur in commendatione similitudinis.

Credo, quod ipse animi motus, quamdiu rebus adhuc terrenis implicatur, pigrius inflamatur, si verò feratur ad similitudines corporales, & inde ad spiritualia, quæ illis similitudinibus figurantur, ipso quasi transitu vegetatur, & tanquam in facula ignis agitur inceditur, & ardentiore dilectione rapitur, ad requiem, & quietem. Conducebat enim hæc sententium multiplicitas humanæ mentis som-

noletia excitare. Quod in promptu est, negligimus, vt in foribus hydriam iuxta Græcorum prouerbium, ad recondita, semotaq; sumus audiores, & vt magis illa iuuant, quæ plura emuntur. ita cariora nobis sunt, quæ cū labore sumus assequunt, & quam quæ vltiò obrigerunt. Præterea, quem admodum multa per vitrum succina, polluent iucundius, ita magis delectat veritas per allegoriam raduôs. Demû sicut habet plus caloris radius speculo, aut ænea pelui exceptus, ita vehementius afficiunt animos nostros, quæ per allegoriam traduntur. Hæc D. Augustinus, in quibus non modò delectationem, sed & vim tribuit similitudini permagnam. Nolim tamen diffiteri apud Dialecticos, telum plerunque imbecillius esse similitudinis argumentû, quod exagitari, vellicariq; facilius potest, sed apud oratores, vbi res aliquando non tã probandæ sunt, quam illustrandæ, persuationem obtinet eum quadam illecebra delectationis.

Definitio similitudinis, & diuisio in simplicem, & compositam. CAPVT LIII.

Similitudo est cognitionis quædam inter res similes affectio. Affectio rerum dicitur, ne in ipsa tantû oratione sita existimetur, similitudo; oportet enim ante industriam comparantis, mutam esse in ipsis, quæ comparantur rebus speciem similitudinis. Hæc autem affectio, vel maior est, vel minor, vel in vno, vel in pluribus adiunctis intercedit, quod minime necesse sit, quæ comparantur consenti re prorsus in omnibus, alioqui paria magis essent, aut æqualia, quam verè similia. Quod multi haud satis intelligentes, in deteriorem ea, quæ per similitudinem dicuntur partè rapiunt, atque vbi simplex est ratio similitudinis, ibi requirunt æqualitatem, in quo varios, & multiplices trahi errores necesse est. Comparari potest homo cum aqua, cum igne, cum formica, cum elephanto, cum rebus non modo diuersissimis, sed etiam plenè aliquando contrariis. Nec tamen vitium erit in comparatione. Si modo vnum, aut alterum caput similitudinis complectatur. Si diceretur ignis aqua, leo, & phas, formica, contrariò in eodem ignis, aqua, elephantis, formicæ, partes essent assignanda, sed cum igni, aqua, elephanto, formicæ similis dicatur, vnum duntaxat cognitionis argumentum proponatur, sufficit, ad ipsam

Vide Cic. ad Her. l. 4. scilicet. de inuerm. scilicet. 42.

Similitudo non est æqualitas.



ipsam rationem similitudinis. quæ est adiunctarum saltem rerum comparatio. Adiunctorum autem tot possunt esse collationes, quot sunt prima rerum genera, siue categoriæ. Nam licet sæpius in qualitate, quæ largissime funditur similitudines consistant, cæteras tamen categorias, ut quantitatem, & situm, ut agere, ut pati, & similia, complectuntur.

Diviso si similitudinis

Similitudinis autem variæ divisiones, & genera notantur à Rhetoribus. Et primùm quidem similitudo simplex est, quæ duarum est rerum in vna duntaxat affectione consensus, ut avari, & hydropis in cupiditate. Alia multiplex, quæ modò res multæ eum multis in eadem parabola comparantur, modò vna cum multis, modò duæ quidem conferuntur, sed in affectionibus multiplices.

Theodor. i morat. de fido.

Videas in hoc Theodoretæ exemplo quatuor, imò octo comparari. *ἄπειρ γὰρ ἢ ἐστὶ ἰσθμῶδες ἐν σὺνταξίᾳ, τὸ ἄρα πῖσις ἐν ἰανθίᾳ. Μᾶλλον ἢ ἄπειρ ἰσθμῶδες δεῖται φωτὸς ἐπιδελκνόντων. τὰ ἀγαθὰ οὐκ ἔστιν ἄλλοις δεῖται πῖσις ἐπιεικνύτης τὰ ἄγαθὰ.*

Quod enim est oculus in corpore, hoc fides in mente. Imò, ut oculus eget lumine, cuius beneficio cernat ea, quæ in vidèdi sensum cadunt, sic mens luce, quæ ostendat diuina. Comparantur oculus, fides: corpus, mens: diuina, visibilia: iterum lux, & fides, quanquam alia in qualitate, ut lux, & fides alia in habitudine duntaxat, ut mens, & corpus conferuntur. Alias vna duntaxat eum multis, & in multis confertur, quod gratia similitudinis existit suavior.

Seneca ep. 76.

Qualis est ista Senecæ. In homine optimum quid est? Ratio: hæc antecedit animalia, Deos sequitur. Ratio ergo perfecta, proprium hominis bonum est: cætera illi cum animalibus, satiq; communia sunt. Valer? & leones. Formosus est? & pavones. Velox est? & equi. Nò dico in his omnibus vincitur. Non quæro, quid in se maximum habeat, sed quid suum Corpus habet, & arbores, habet imperium, & motum voluntarium, & bestia, & vermes. Habet vocem, sed quanto clariorem canes, acutiorem aquila, grauiorem tauri, dulciorem, mobilioremque lusciniæ.

Elpans. Op. lenta comparationis species.

Huius similitudinis magnus decor est, & iucunditas, quia summa celeritate animam transfert in varia, quo motu creatur delectatio. Vide tam paucis verbis hominem comparatum cum leone, cum pavone, cum equo, cum arboribus, cum vermibus, cum canibus, cum tauris, cum

aquilis, cum luscinijs, & singula singulis attributa præclare assignata. Res autem duas in multis affectionibus comparare, satis illud quid commuæ est, & quò plura reperiuntur similia, eò maius est decus similitudinis. Tales sunt ornatisimæ similitudines, quæ per se, & seipsum fiunt, qualis est ista apud Arnobium, ubi taurus agens suam causam apud Iouem, contra hominum crudelitatem, a quibus indignè maectatur.

Arnob. lib. 1. cap. 1.

An quod animal vile sum (inquit) nec rationis nec consilij particeps, quemadmodum pronuntiant isti, qui se homines nominant, & feritate transiunt belluas. Nonne primordijs ipsdem eadem, & me genuit, informauitq; natura? No ane spiritus vnus est, qui & illos & me regit, num consimili ratione respiro, & video, & cæteris afficio sensibus? Habent iecora, pulmones, corda, intestina, ventriculos, & mihi membrorum, non idem numerus est attributus: Amant suos fetus, & gignendis conueniunt liberis. Non & mihi prolis subroganda est cura, & dulcedo cum fuerit procreata? Sed rationales illi sunt, & articulatas exprimit voces, & vnde illis notum est, an & ego quod facio, meis rationibus faciam: Et vox ista, quæ promo, mei generis verba sunt, & solis intelligantur à nobis: Tale est Ciceronis in oratione pro Murena. Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas. Ille ut quò intèdit, maturè cum exercitu perueniat. Te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne tui consultores, ille ne vrbes, aut castra capiantur, & cæter. Nihil interest autem, vitum hæc articulatum, an permixtum dicantur, ut in illo Senecæ, ut furentium certa indicia sunt, audax, & minax vultus, tristis si os, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color versus, crebra, & vehementius acta suspiria: Ita irascentium eadem signa sunt: Flagrant, & micant oculi, multus ore toto rabor, exæstuate ab imis præcordijs sanguine, labia quatuntur, dentes comprimuntur, horrent, ac subriguntur capilli, spiritus coactus, ac stridens, articularum seipfos torquentium sonus, gemitus, mugitusque, & parum explanatis vocibus sermo præruptus, & cæter. Vides hic furiosi, & irati, non per articulos diuisam, ut in Ciceronis exemplo, sed confusam in adiunctis collationem.



Alia similitudinis diuisio, in parabolam,
exemplum, inductionem.

Ac primum de parabola.

CAPVT LIIII.

Similitudinem vulgò diuidunt in parabola-
lam, inductionem, & exemplum.

Parabola propriè est rerum alioqui diuer-
sarum, in vna, aut pluribus affectionibus col-
latio. Dixi, diuersarum, nà genus est aliquod
similitudinis, quod citra vllam trãslationum
mixturam, ex rebus penè paribus vsurpatur,
quales sunt exemplorum comparationes, vt
si conferatur orator cum oratore, cum iudice
iudex, Imperator cum Imperatore. At para-
bola ingeniosior est, & res que comparentur,
vt ait Quintilianus, longius repetere solet.

Vnde Aristoteles dixit, parœmiã, siue pa-
rabolas, fieri $\alpha\pi'$ $\alpha\delta\epsilon$ $\tau\eta'$ α' σ , à forma ad
formam: sicager cum animo, præceptor cum
colono, scutum cum Martis phiala compara-
tur.

Educuntur autem parabola, partim à rebus
naturalibus, vt à celo, syderibus, elementis,
meteoris, animantibus, plantis, lapidibus, &
cæteris eiusmodi, partim ab artibus, & scien-
tijs, rebus moralibus, & ciuilibus, animatis,
inanimis, profanis, sacris, humanis, diuinis.
Nihil est denique in rerum natura, quod in
similitudinem, conformationemq; aliquam
trahi non possit. Ex quo apparet, quàm varia
sit, & locuples parabola, quæ latissimè per to-
tius mundi vniuersitatem sese diffundat.

Hoc certè dicendi genus ita placuit anti-
quis, maximè verò Hæbreis, omnium homi-
num sapientissimis, vt quicquid modò in elo-
quentia esset lectissimum, & valde figuratū,
hoc $\mu\alpha\chi\alpha$ $\mu\alpha\chi\alpha$ parabolam dicerent, & ita
quidem Salomon aureum proverbiorum li-
brum inscripsit, non quod omnia per simili-
tudinem dicta sint, plurimæ enim $\gamma\epsilon\upsilon\alpha\iota$ sunt
absolutæ, sed à nobilissima, quàm existimabat
parte, totum librum denominauit.

Eandem parabolarum in sublimi præser-
tim locutione, rationem ab Hæbreis accep-
tam omnes Orientales sunt conseruati, & hoc
ipso tempore, qui apud eos doctius, vrbani-
usque loquantur, quam plurima efferunt per
parabolas. Nec dubitabit, hūc apud eos prin-

cipem fuisse sermonem, & quasi cæterarum
omnium locutionum dominam parabolam,
qui animaduertit, apud Hæbræos eodè ver-
bo exprimi, dominari, & parabolicè loqui,
hoc enim est $\mu\alpha\chi\alpha$, quasi ad solos principes,
& rerum dominos attinerent parabola:

Adde etiam vetus illud Scythicæ eloquen-
tiæ monumentum, quod est in Quinto Cur-
tio, Vbi Principes totius gentis viri, apud A-
lexandrum Regem legatione fungentes,
multa per rotundas, & concisas parabolas ex-
primunt, vt; (Quid tu ignoras arbores mag-
nas diu crescere, vna hora extirpari? stultus
est, qui fructus earum spectat, altitudinem
non meretur. Vide, ne dum ad cacumen per-
uenire contendis, cum ipsis ramis, quos com-
prehenderis, decidas. Leo quoque minima-
rum auium fit pabulum, & ferrum rubigo
consumit. Nihil tam firmum est, cui, non sit
etiam periculum ab inualido.

Non ex alio fonte, quàm ab Hæbræorum
imitatione manarunt Pythagoræ symbola, &
quæ celeberrima semper fuerunt Aegyptio-
rum Hieroglyphica.

Distinguitur porò parabola in quatuor
genera: vna est $\alpha\delta\delta\alpha\upsilon\sigma$, secunda $\delta\iota\alpha\beta\iota\omega\sigma$, ter-
tia $\mu\iota\mu\eta\sigma$, quarta $\sigma\upsilon\mu\beta\omega\lambda\iota\sigma$. Parabola habitudi-
nis, affectus sit, cum habitudine, & affectio-
ne; naturæ, & actionis, cum in natura, & acti-
one res comparantur. Quæ collatio uobilior
est, & maior. Quot enim, & quàm varia, ex
natura, & actionibus animalium, virtutum
ad homines traducuntur argumenta?

Nihil opus est hic persequi pluribus, cum
plena sint his collationibus sacra, profanaque
argumenta: satagebant enim veteres, quic-
quid modò ex naturali historia, varijsque an-
tiquarum lectionibus selegerant, ad morum
institutionem traducere?

Sic D. Ambrosius, postquam ciconias tur-
matim exeuntes, stipantesque cornices de-
scripsit, ad exemplum transfert hospitalitatis,
his verbis,

Exercitum credas cum signis suis pergere,
sic omnes viandi, comitandique, & præeun-
di ordinem seruant. Cornices autem dedu-
cunt eas, ac dirigunt, & velut quibusdam
turmis stipatricibus prosequuntur, aded vt
adiumenta quædam bellantibus aduersus in-
imicas aues conferre credantur, & proprijs
periculis bella aliena suscipere. Cuius rei in-
dicium est, quia nullæ per interuallum illius
temporis, reuadere in locis reperiuntur. Et quia

Bb 2 cum

Quintil. l.
5.
Arist. l. 3.
Rh. c. 18.

cum vulneribus reuertentes, manifesta quadam sui sanguinis voce, certisque loquuntur indicijs, grauium se certaminum subijlle confictum.

(Tum infertur Apodosis.)

Discant homines hospitalia seruare iura, & ex aurbus cognoscant, quid religionis hospitibus sit deferendum, quod obsequium deputandum.

Vbi paulò longius ducuntur parabolæ, colligunturq; acutius: tunc in imaginem, & emblemata efformantur, quale est illud ex Aeliano. Si velis salutem leuiori damno emptam exprimere, cum hoc lemmate: *No peream peccat, vel pro tota pars bene deperditur*, pinge Orcynum sibi vulnus inferentem, vt hamum quo tenetur, eiciat.

Emblama
de Orcyno
pisce.

Piscis est Cetaceus, qui natura, non arte, quæ sibi maximè conducunt, intelligit. Itaque si quando hamo captus, & confixus fuerit, primùm quidem luctatur quatum potest, vt expellat, quod si minimè facere possit, vulnus secat magis luculèrum, & corporis damno, se ab hamu molestia, capturaque expedit.

Hoc faciunt qui vitam, & salutem leuioribus redimunt detrimentis. Sic plerumq; vbi non suppetunt ex historia, sumuntur ex fabulis, & apologis, quæ plurimum habent venustatis, vt ad hanc sententiam illustrandam, *Mendacium cauda nigrescit*, Simij parabola.

Simia elegans parabola.

Mercatores in nauì Atticam legebant, cum simiolis, vt fieri assoler, lufitantes, cum ecce grauis tempestas, & præfens naufragium. Jamque disiectis, & fluitantibus pene omnibus, habat in vadis simius. Hunc Delphinus pusionem ratus, simulque miseratione ductus, qua in homines commoueri solet, blandissimè defert humeris ad portum. Iam in cōspectu erat Piræus, & tædium laboris falebant sermonibus. Simius de suo genere interrogatus, se Ciuem Atheniensem, & nobilem, & luculentis opibus prædicat. Postremò cum quaereretur ab eo, an Piræum nosset (erat autem portus Athenensis infantissimo cuique notus) Noui, inquit, noui, optimus ille est mihi amicus; & summus, ac imprimis familiaris. Delphinus tam impudenti mendacio offensus, vanum simiolum aquis suffocandum reliquit.

Aristot.
Rb. li. 2. ca.
39.

Nec minus venustatis habet ea, quæ referuntur ab Aristotele inter probationis orationis exempla, qua Aesopus fertur apud Samios, virum Reipublicæ Principem, repetundarum

accersitum, in summo capitis discrimine defendisse.

Vulpes, inquit, dum flumen transiret, in quandam voraginem, rapido aquarum cursu detrusa est, cumque illinc non posset emergere, diu afflicta, & a caninis muscis stimulatam iacuit, cum ecce Erinaceus fortè transiens, misericordia commotus, quatit a vulpe, an illas caninas muscas auferret, vt miseram molestia expeditet. Minimè, inquit, quas enim vides caninae muscæ, iam mei sanguinis plenæ sunt, eoque paruo contentæ: Si verò eas abstuleris, alia venient famelice, quæ reliquum sanguinem ebibent. Sic etiam (inquit ille) viri Samij; hic quidem homo nihil amplius volædit, est enim diues: si verò huc interficiatis, succedent alij esurientes, qui vos, & vestras fortunas penitus exsurgent.

Hanc probationum suauitatem Aristoteles iure commendat, quarum tanta vis est, vt, quod ab oratore potissimum spectatur, persuadent simul, & delectent. Hæc me causa impulit, vt quod ad delicias, & ornamenta eloquentiæ maximè facere existimabam, multas leuissimarum iconum centurias in vnum volumen coagmentarem, quod opus diu à me postulatum, tandem in publicam utilitatem emisi.

De exemplo, & probationibus à comparatis.

CAPVT LV.

Pologos, quos in Parabolis enumerauimus, nonnulli cum exemplis confundunt, inter quos etiam est Aristoteles libr. 2. Rhetor. cap. 39. Nam exemplorum duo facit genera. Vnum quod rerum præteritarum expositionem habet: alterum, quod ab ipso oratore factum est, & excogitatum. Malo tamen exemplum cum Cicerone definire, facti alicuius, vel dicti, cum certi auctoris nomine expositionem, quo fit, vt exempla communius appellentur: quæ ex hominum vita expressa sunt, facta vero ab oratore, vt fabulæ, apologi potius & parabolæ nomenentur.

Cicero. 2.
Rhetor.

Exemplorum autem ratio, licet minus habeat ingenij, & iucunditatis, quam iste parabolæ deliciae, tamen si rectè fiat, grandis est, & ad persuadendum efficax, cum præfer-

tim

tim omnes facilius ducamur exemplis, quam verbis, quibus ad incitamenta virtutis adduntur stimuli non mediocres.

Hier. 2. de Spect. Quemadmodam enim, ut ait D. Hieron. si qui laborant oculis, spongiis, ac vestium cyaneo calore pannos tenentes, frequenter in ea intueantur; ex eo colore nonnullum capiunt morbi leuamen: sic qui hominis clementissimi, & humanissimi imaginem præ oculis habeas, & in hac assidue oculos defigas, etiam si millies abundet ira mentis oculum perturbans, ad hoc virtutis exemplar respiciens, perfectam consequeris sanitatem, puramque animi philosophiam, ac tranquillitatem.

Ex quo profecto apparet exempli magni esse æstimanda.

Colliguntur autem, vel à pari, vel à maiori ad minus, vel quod frequentissimum est, à minori ad maius. A pari sic vsus est Seneca:

Bona mens omnibus patet: omnes ad hoc sumus nobiles. Nec rejicit quenquam Philosophia, nec eligit: omnibus licet. Patricius, Socrates non fuit. Cleantes, aquam traxit, & rigando hortulo locavit manus: Platonem non accepit nobilem Philosophia, sed fecit. Quid est, quare desperes te posse fieri parem? Omnes hi maiores tui sunt, si te illis geris dignum. Item. Cæterum si propterea Liber, Deus, quod vitem demonstravit, malè cum Lucullo actum est, qui primus Cerasa ex Ponto Italiæ promulgavit, qui non est propterea consecratus, ut nouæ frugis auctor, quia inuentor, & ostensor.

Tertul. in Apoc. 6. II.

Pergit, & insectatur Ethnicos, qui non in pari honore cum Dijs posuerint, qui nequam factis erant inferiores. Quis ergo damnatus, quorum Collegas adoratis? quot potiores viros apud inferos reliquistis? Aliquem de sapientia Socratem, de iustitia Aristidem, de militia Themistoclem, de sublimitate Alexandrum, de felicitate Polycratem, de copia Cræsum, de eloquentia Demosthenem. Quis ex illis Dijs vestris grauior, & sapientior Catone? iustior, & militarior Scipione? quis sublimior Pompeio? felicior Sylla? copiosior Crasso? eloquentior Tullio? Ad summam concludit, a quæ Deos illos, ac cæteros assumendos.

Cic. pro Milian. Ducuntur à maiori, cum ostendimus, aut licere nobis parua, cum aequalibus nostris maiora permilla sunt, aut posse pati, vel facere

quidpiam leuius, qui grauius antea gesserunt, & similia, qualia sunt ista:

Noli tam esse iniustus, ut cum tui fontes, vel inimicis tuis pateant, nostros riuulos etiam amicis putes clausos esse oportere.

Pro Mil.

Ad hunc ipsum locum pertinent oratoriarum gradationes, vt:

Neque verò se populo solum tradidit, sed etiam Senatui, neque Senatui modò, sed etiã præsidij publicis, neque ijs solum, verum etiam eius potestati, &c.

Sed videndum est, vt quæ comparantur, eiusdem sint generis, neque enim qui potest grauiissime, copiosissimeque de omni re disserere, idèd dicitur posse natare, cum sit quidpiam in natura rei minus.

Frequentiora sunt, quæ à minori ad maius ducuntur argumenta. Sic Lactantius à sphaera Archimedès, Dei prouidentiam probat.

Lact. l. 5. de origin. err. c. 5.

An Archimedès Siculus, concauo arcu similitudinem mundi, ac figuram potuit machinari, in quo ita solem, & lunam composuit, vt inæquales motus, & celestibus similes, conuersionibus singulis, quasi diebus efficerent, & non modò accessus solis, & recessus, vel incrementa diminutionesque Lunæ, verum etiam stellarum, vel errantium, vel vagarum dispares cursus, orbis ille dum vertitur, exhiberet: Deus ergo illa vera non potuit machinari, & efficere, quæ potuit solertia hominis imitatione simulare?

Quo in genere est illud Ciceronis maxime figuratum.

Quod enim frerum? quem Euripum: tot motus, tantas, tam varias putatis habere agitationes fluctuum, quantas perturbationes, & quantos astus habet ratio comitiorum?

Et Demosthenes nefarium esse probat Androtionis nomen in sacris vasis inscribi, quod ne in templum quidem eum ingredi, ob flagitia, & libidines leges sinant:

Καὶ οὐ τὸ σῶμα ἢ τὰ ἡρώδης, ὅτ' ἴδωσι οἱ νόμοι εἰς τὰ ἱερά εἰσέναι, τὸ τὸ τοῦνομα ἐν τοῖς ἱεροῖς, ἐπὶ τῷ φιάλῃ ἐπιγεγραμμένον εἶναι;

De inductione.

CAPVT LVI.

Inductio, quæ ab Aristotele ἐπαγωγή nominatur, locupletissimum est similitudinis genus, in quo varia similia coarctantur ad aliquam

Bb ; pro-

propositionem colligendam solent; vt

Sen. epi. 51.

Effeminat animos amœnitas nimia: nec dubiè aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio. Quamlibet viam patiuntur iumenta, quorum durata in aspero vngula est. In molli palustrique pascuo saginata, cito subteruntur, & fortior miles ex contagioso venit; segnis est vrbanus, & verna. Nullum laborem recusant manus, quæ ad arma ab aratro transferuntur; in primo deficit puluere ille vnctus, & nitidus.

Quorum tot similia tam acurè vibrata? nisi illud colligat: *senior loci disciplina firmat ingenium.*

Inductio igitur, vt vides, à parabola, & exemplis non differt, nisi quòd illa vno duntaxat claudi, hæc non nisi multis similibus perfici, comprehendique potest. Alioqui parabolas tum naturales, tum morales, & omnis generis exempla complectitur.

Hæc ad confirmandam resurrectionem ex natura ducta sunt.

Tert. Apol. 6148.

Lux quotidie interfecta resplendet, & tenebræ pari vice decedendo succedunt. Sydera defuncta viuescunt, tempora vbi finiuntur incipiunt, fructus consummantur, & redeunt. Certè, semina non nisi corrupta, & dissoluta, fecundius surgunt. Omnia pereundo seruatur, omnia de interitu reformantur.

Pulcherrima inductio per vngulas. Tertul in Apol. c. 12.

Hæc quæ sequitur, artificiosè per *vngulas* collecta, in qua ostendit omnia, quæ in Christianos exercentur supplicia, in idola ab ipsis Ethnicis vsurpari, *Crucibus, & stipitibus impositis Christianos*, quod simulachrum non prius argilla deformat, Crucis, & stipiti superstructa? In patibulo primum corpus Dei vestri dedicatur. Vngulis deraditis latera Christianorum; At in Deos vestros per omnia membra validius incumbat ascix, & runcinæ, & scobinæ. Ceruices ponimus; ante plumbum, & glutinum, & gomphos, sine capite sunt Dij vestri. Ad bestias impellimur, certè quas, Libero, & Cybelæ, & Cælesti applicatis. Ignibus vrimum, hoc & illi à prima quidem massa. In metalla damnatur: inde censentur Dij vestri. In insulas relegamur: solet & in insula aliquis Deus vester, aut nasci, aut mori. Concludit tandem, si per hæc constat diuinitas aliqua; ergo cum qui puniuntur, consecrantur, & numina erunt dicenda supplicia.

D. Aug.

Aliæ sunt morales, & valde populares, qualis est ista D. Augustini. Longam cœnam malam nemo vult habere,

nec ferre. Longam vitam malam penè omnes volunt habere, vtique, si grande est quod viuimus; bonum sit omnium grande. Quid enim vis malè, dic mihi? puto nihil in omnibus actionibus, cogitationibus, cupiditatibus, nihil malè vis, terram malam non vis, legem malam non vis vtique, sed bonam; bonam arborem vis, equum bonum, seruum bonum, amicum bonum, filium bonum, vxorè bonam. Et quid hæc magna, quoniam quidem ipsam vestem malam non vis habere, sed bonam. Postremò caligam non vis habere nisi bonam. Aut da mihi aliquid te velle, quod malum est, solam animam vis habere malam. Quid te offendisti? quid de te tu ipse meruisti, non vis esse malum, nisi te solum?

Festina inductio & qua multa habet in ant. m. 1.

Ex eo vult concludere, eum bonum esse oportere, qui omnia bona appetit.

Planè ista, quæ contortius vibrantur, multum habent *rog. v. 1. 1. 1.* & ad probandum quidpiam efficacissimæ sunt. Quæ longius trahuntur, in rebus præcipuè notis, & communibus, tædio sunt obnoxia.

Frequentes sunt apud Ciceronem, & Demosthenè exemplorum inductiones, in quibus hæc temperies seruanda est, vt si fuerint nota, & communia, quam celerimè iudicatis aliquando solis nominibus expediantur: sin habent aliquid melioris notæ, trahenda erunt longiusculè, quod tamen sine aurium satietate fieri velim. Vide quibus acuminibus ista vibretur apud Senecam, pro sepeliendo sui homicida.

Sen. cont. 1. 3. c. 4.

Omnibus natura sepulturam dedit. Naufragos idem fluctus, qui expulit, sepelit; suffixorum corpora crucibus in sepulturam suam deflunt. Eos qui viui vruntur, pœna funerat. Irascere interfectori, sed miserere interfecti.

De rectoru su similitudinè, & varia eius tractatione.

CAPVT LVII.

Primò cauendum est, ne similitum grata, quæ solet esse popularibus præsertim auribus, illecebra, in nimiam fecunditatem luxuriet.

Vitanda similitum luxuriet.

Vidi ego aliquas huius temporis scriptorum orationes refertas similibus tam crebris, vt imagines ipsæ impedimento essent, quominus res discerni mentis oculis, atque inter-

nosci

nosci possent. Quod certe vitium omnino pu-
erile est, & a gravitate orationis longe dis-
iunctum, est enim in demonstratio genere
ferri solet liberiore cultu compta dicendi vis,
& ratio, nunquam tamen centones similitu-
dinum, iustarum orationum loco numerari
velim: prudentis est manum de tabula præ-
clarè, & loco ponere, nec in rebus etiam pul-
chris, florentibus, & lætis, fatali quadã inge-
nij redundantis lasciivia modum excedere.

Secundò, cum varia sint genera similitudi-
num, & ex varijs desumantur rebus: prudentis
erit Oratoris diligenter inspicere, quid cui-
usque aures ferant, aut stomachus patiatur.
Num enim ridiculum est apud plebeios, &
crassioris ingenij homines, similitudines ex
reconditis disciplinis accersere, vt in eo ip-
so, quo facem perspicuitatis contendis accen-
dere, maiores tenebras offundas.

Hac in re exemplum præbuerunt magni,
& spectabiles viri, qui cum apud plebem age-
rent, familiaria quæque, quasi præmansos ad-
huc infantibus cibos, in medium attulerunt.
Vbi verò apud eruditos viros est sermo, licet
exquisitiõibus inuentis pascere, & ijs simili-
bus, quæ variam sapiant eruditionem, quam-
quam parcè semper, & sobriè, vt rerum, loco-
rum, temporumque ratio præscribit, vturpan-
da.

Tertio prospiciendum est, ne dum subli-
miores quærimus similitudines, quibus deli-
catas aures pascamus in terras, violentas, &
frigiditas incidamus. Quod plerisque tamè ni-
mis familiare est. Alij enim quamuis rem mo-
dicam, aut certè medicorem tractent, conti-
nendò magnarum rerum, quas illi comparent,
expromunt imagines, & pumilionem per
Gigantis colossum, non sine risu exprimunt.
Non secus, ac si quis in Homeri Batrachomy-
omachizantam, cui pro clypeo folium, pro
lancea sit iunex, cum Pallade Ægidis terro-
ribus cincta, & hastam, instar fulminis quat-
iente comparet.

Hæc prorsus ridicula sunt, nec tolerabili-
ora, quæ nugator sophista in Hocratem effu-
dit, cum quippe cum Agamemnone com-
parabat, quod, vt hic intra decennium Troiã
expugnasset, sic ille decennali labore panegy-
ricam quandam orationem consummasset.
Præclara comparatio Imperatoris cum So-
phista, orationis cum verbo, euerfionis cum
perfectione!

Quid qui capillos Stratonices Reginæ ra-

ros, & fædos, cum delicatissimis hyacinthi
floribus contulit, addito etiam Homeri ver-
sus.

Οὐλας ἤνε κόμης βακινθίων ἀνδρῶν ὁ-
μίλει.

Lucia in
imaginibus.

An is tandem contra eloquentiam, an po-
tius contra veritatem grauissimè peccauit?

Excidunt pleraque similia, partim adlato-
ribus, partim etiam adolescentibus, qui mag-
ni sunt hyperbolarum amatores.

Quartò, contrarium etiam nonnunquam
vitium accedit, cum quæ sua natura magna
sunt, minutulis quibusdam similitudinibus
deteruntur: quo in genere peccasse animad-
uertitur a Longino poeta, qui tonitrua
cum tubarum clangoribus nimis demissè
comparauit, quanquam cum aliquo ad-
iuncto per proportionem dictum tolera-
bilius videretur, vt cum Tryphiodorus toni-
tru, non tubam simpliciter dixit, sed tubam
cælestem, ὑραίνω σαλπύγγα: cum quo si-
militer Nonnus.

Βρονταῖοις πατέροισι Διὸς μυχῆσ' αὐτο σάλ-
πιγγι.

Non sunt
admittenda:
minutia ad
ampla quæ-
dam signifi-
canda.

Nonni.
Dion. l. 4.

Occurrunt etiam nonnunquam non modò
renues, sed etiam ridiculæ, & sordidæ, quib-
us profus abstinendum est, nisi forte quis
ad facetias, & risum componat orationem,
aut ingenuam morum simplicitatem, qua-
lis est in rusticis, efformare velit. Tale
est illud in poemate quodam Gallico de
rustico homine, qui foro, & tabularijs an-
tea inuisis, cum fortè plenissimum illum
confessum Senatus, Patrumque purpu-
ratorum cœtum contemplatus esset, Cu-
riam cum agro cepis confiso comparauit: ho-
mo animæ candidissimæ, nec dissimilis illi,
quem Dion in Venatore proprijs depingit
coloribus.

Quæ verò sordidæ aliquid habent scurril-
litatis, potius Atellanarum exordia, quam
Oratoris gravitatem decent.

Nec placent etiam apud graues personas,
quæ ex sordidis, & contemptis artibus allū-
muntur, quod eloquentiæ dignitatem
deterere non mediocriter possunt: At in
rebus diuinis prudenter admodum ince-
dendum est, nec temerè quælibet similitudi-
nes sunt arripiendæ quibus res sacras com-
paremus. Quamuis enim sua natura om-
nem rerum inferiorum præstantiam exce-
dant, non est tamen vitium, quando fieri
aliter.

Dion. in
Venatore.
Cmendum
à scurrili-
bus, & sordidis.

In diuinis
profanariis
historiarum
maximè
aliter.

Similitudi-
nes audito-
ribus ac
commodan-
do.

Vitiosa sit
similitudi-
nes hyper-
bolica.

verò fabu- larum simi- litudines declinanda.

aliter non potest, ex ijs rebus, quæ in sensus nostros cadunt, elicere similitudines, modò illud accommodare, & circumspicere fiat. Nolim enim, quod plerique præposterè admodum faciunt, poetarum fabulas ad fidei nostræ mysteria transferre. Eternam patris sapientiam cum Minerua conferre; Virginem Mariam, cum Danae auri cælestis rore facta; Castores, ex oui testa emergentes, cum Christo nascente. Naturam humanam Sospitatoris nostri beneficio in plenam libertatem assertam, cum Andromeda à Perseò liberata: quæ omnia, ut ait Iustinus Martyr. Dæmon, sacrorum simia, in peruersum imitamentum excogitavit, ut Christianæ religioni illuderet, Ethnicos homines infinitis superstitionibus irretiret.

Iustin. Mart. Apolog. 2. p. 157 ad Rob. Stephani.

Τότων μὲν τ' προφητικῶν λόγων ἀξίον αὐ-
τες, οἱ δὲ αἰμοίως,
Διονύσιον μὲν ἔρασαν γεγονῆται ὑὸν τῷ
Διὶ,

&c. quæ copiosis verbis prosequitur. Neque verò tantum in diuinis, sed in grauium etiam personarum laude prospiciendū est, ne qua vilis, aut ambigua similitudo irrep-
pat, quæ in alios sensus facile torqueri possit, ab ijs, qui omnia in peiorem partem interpretantur.

Varia tra- ctatio simi- litudinis Arist. lib. 3. c. 16.

Quod verò ad tractationem similitudinis attinet, varijs fieri solet modis. Primus est, cum nulla intercedit similitudinis nota, quāuis re ipsa sit similitudo; ut cum dicimus; Scutum est Maris Phiala, arcus fistula sine chordis, ita, equus indomitus: hæc enim similitudinis habent; non naturæ rationem, licet per similitudinem minimè efforantur.

Secundus est, cum nota similitudinis apponitur, sed tamen similitudo concisè sine vlla partium deductione, in vnum membrum contrahitur. Quo in genere pleræque sunt similitudines prouerbiales, & acutæ, quales sunt istæ:

Arist. l. 3. c. 2.

Populus Atheniensis similis est Nauclero robusto, & surdastro Demosthenes. Samij similes sunt infantibus, cibum quidem sumunt, sed stentes.

Oratores Athenienses similes sunt nutricibus, quæ cibos deglutiant, & infantium ora salua perungunt. Democrates.

Cephalodorus thuri similis est, dum perit, oblectat. Antisthenes.

Demosthenes, tibijs similis est, quibus si

collum demas, reliquum erit inuile. AEsclines.

Hipponax similis est vespa, non magnum quidem murmur excitat, sed acriter pungit, Dio Pruseus.

Plena fuit ista similitudines gratiæ, & festiuitatis.

Tertius modus est, cum similitudo suis partibus, hoc est, propositione, & adposi constat, sed illæ non ad eò fusè explicantur: qualis est ista.

Ut ignis in aquam contactus continuò extinguitur, & refrigeratur; sic referuens sal-
sum crimen, in purissimam, ac castissimam vitam collatum, statim concidit.

Ibi sunt tria, quæ sibi respondent: ignis, crimen, aqua: vita, refrigerari, excidere.

Quartus modus explicatissimus est, cum non modò similitudo suis constat partibus, sed illæ fusè, æquabilique oratione cum dignitate explicantur, quòd fieri maximè solet, cum dictum aliquod, vel factum ex historia proponitur, & narratur, cui succedit Apodosis, in qua partes partibus accommodantur. Talis est illa apud Ciceronem pro Roscio; num. 56.

Quare facile omnes patimur esse quamplurimos accusatores, quod innocēs si accusatus sit, absolui potest, nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest.

(Deinde) Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, ut significetur, si fures venerint. At si fures internoscere non possunt, significant tamen, si qui noctu in capitolium venerint, & quia id est suspiciosum, tamen si bestia sint, tamen in eam partem potius peccant, quæ est cautiore. Quòd si luce quoque canes latrent, cum Deos laturum aliqui venerint, opinor ijs crura suffragantur, quòd acres sint etiam, tum cum suspicio nulla sit (Tandem sequitur redditio satis ampla, & copiosa.)

Simillima est accusatorum ratio. Alij vestrum anseres sunt, qui tantummodo clamant, nocere non possunt. Alij canes, qui & latrare, & mordere possunt. Cibaria vobis præberi videmus: Vos autem maximè debetis in eos impetum facere, qui merentur. Hoc populo gratissimum est. Deinde, si volentis, etiam tum cum verisimile erit aliquem commisisse, in suspitione, latrare, id quoque concedi potest. Sin autem sic ageris, ut arguas, aliquem patrem occidisse, neque dicere possi-

possitis, aut quare, aut quomodo, at tantummodo sine suspitione larrabitur, crura quidem nemo vobis suffringet, sed si ego vos bene noui, literam illam, cui vos usque eodem inimici estis, ut etiam alias omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium, nisi fortunas vestras accusare possitis.


Et hac de similitudine: dissimilitudo illi opposita sit, cum ea, quae simul comparan-

tur, diuersa esse ostenduntur, ut:

*Soles occideri, & redire possunt,
Nobis idem semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua una dormienda.*

Eius tota ratio ex similitudine satis manifeste colligitur: Vfus vero in confutatione similitudinum, potissimum vigere solet.

Finis libri quarti.



DE

AMPLIFICATIONE

LIBER QUINTVS.

AC PRIMVM,

De vitio male Amplificationis.

CAPVT PRIMVM.



Locorum tractationi satis opinor oppositè subiungitur amplificatio, quae ex locorum congerie coalescere, atque innutriti solet.

Dici non potest, quam varij sint in hac parte tenaciorum Rhetorum errores, qui hoc vnum rati decus eloquentiae: si amplificent, neque circumspicere res obseruant, neque modum vllum tenent; sed dum augendi studio prurunt in omnibus, importunissima garrulitate miseris aures obruunt. Haud scio an vllum sit vitium, magis à vera, germanaque eloquentia alienum, quam inepta, & puerilis amplificatio, rerum, & sententiarum inanis, vanoq; strepitu verborum intemperantiùs lasciuies.

Cui enim non pariunt nauseam illae lentae circumductiones, quas postquam cum taedio exorbuerit, oratione permolesta fatigatus, cogens Laconicum illud exclamare: *Nihil est praeter vocem.*

Et sunt, qui huiusmodi amplificatores eloquentes putant: Ego cum prudentiae, quae prima pars est eloquentiae, sint expertes, ineptos, & pueriles censo, quin arbitror plus ad vim dicendi facere sententiam appositè dictam, quam totam illam redundantiam puerilis ingenij.

Quae est igitur (dices) optima ratio amplificationis? magnum est definire, & multum ad totam dicendi rationem facit.

Siquidem rectam amplificationem *Orationis* differat *animam* eloquentes viri nominarunt, atq; na amplificationem imprimis arbitror in eo differre *magnum casio a non-*

Quomodo

oratio

Cs

Nihil tam alienum ab eloquentia quam puerilis amplificatio.